

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens De Philosophia Volumen Primum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

In M Tvllii Ciceronis Tvscvlarvm Dispvlationvm Ad M Brvtvm Librvm IV.
De Reliqvis Animi Pertvrbationibvs. Commentarius Aldi Mannuccij.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770549](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770549)



CICERO

M. TVLLII. CICERONIS
TVSCVLANARVM

DISPVATIONVM

AD. M. BRVTVM

LIBRVM. IV.

EXPLANATIO

DE. RELIQVIS. ANIMI. PERTVRBATIONIBVS

Commentarius Aldi Mannuccij.



ARGVMENTVM



PERTVRBATIONVM omnium, quae Aegritudini sub-
ijciuntur, differentias (quod fuerat ei reliquum) Tu-
sculana tertia perscrutatur, & medicinam propriam
singulis definitis meditatatur, & aperit.

CICERO

C I C E R O



CUM multis locis nostrorum hominum ingenia, uirtuteq., Brute, soleo mirari, tum maxime in studiis, quae sero admodum exoptata, in hanc ciuitatem a Graecia transfulerunt. Nam, cum a primo urbis ortu, regis instituta, partim etiam legibus auspicia, caerimoniae, comitia, prouocationes, patrum consilium, equitum, peditumq. descriptio, tota res militaris diuinitus esset constituta; tum progressio admirabilis, incredibilisq. cursus ad omnem ex-

cellentiam factus est, dominatu regio rep. liberata. nec uero hic locus est, ut de moribus, institutisq. maiorum, & disciplina, ac temperatione ciuitatis loquamur. alij haec locis satis accurate a nobis dicta sunt, maximeq. in ijs sex libris, quos de rep. conscripsimus. hoc autem loco consideranti mihi studia doctrinae, multum sane occurrunt, cur ea quoque accersita aliunde, neq. solum exoptata, sed etiam conseruata, & culta uideantur. erat enim illis paene in conspectu, praestanti sapientia, & nobilitate, Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus ijsdem, quibus L. Brutus patriam liberauit, praeclearus auctor nobilitatis tuae.

EXPLANATIO



CUM multis locis & Philosophiae studium a Romanis quoque non esse neglectum, uerus amator patriae frequenti ostendit praeconio. Cum partim: multis locis: Ob multas causas. In ijs studiis & litterarum. Serio admodum & longe post. A primo urbis ortu & ab origine urbis Romae. Regis instituta, & L. Brutus primo hist. lib. ait, regia instituta haec, quadam bonitatis excellentia, appellari solita. De his uide Plurarchum in Numa, & Romulo, & Dionysium lib. I. LEGIBVS & Lex, ut ait Vlpianus, est commune praeceptum uirorum prudentum, & consultum. AESPICIA & sic dicta sunt quasi auium spicia, sicut auguria quasi auium garria ab auium garritu, & uoce. Vtrumque Virgil. complexus est illo uersu:

Et uolucrum linguas, & praepetis omina pennae.

Vnum ad aures, alterum ad oculos pertinet. Obseruabatur enim uolatus. COMITIA & conuentus, siue coitio populi, ad ferendum suffragia magistratibus creandis, atque ad leges ferendas. Comitiales edes dicti, quibus fas erat populo conuenire. Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas erat. PROUOCATIONES & appellationes datas aduersus iniuriam magistratum. PATRVM consilium & Senatus consulta significat. DOMINATV regio sic & Herodotus *per. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* scribit Athenienses liberos tyranni de (hunc enim Cicero dicit regium dominatum) maximas progressiones ad uirtutem, & laudem fecisse. Atque esse putat modis omnibus manifestum, praeclearam esse rem administrationem aequabilem. In hanc sententiam uersus exstat Ennianus concinniter factus:

Moribus antiquis res stat Romana, uirisque:

STVDIA doctrinae & ea dixit, quae Graeci philosophiae. ACCERSITA aliunde & Euocata, acceptaque a Graecis. PAENE in conspectu, & Quia Metaponti, Crotonae, Heracliae, & in alijs Italiae finitimis ciuitatibus uersari solitus est Pythagoras, quemadmodum ab Historicis traditur, & Ouid. Metamorp. xv. PATRIAM liberauit & sublata Tarquiniorum tyrannide. Vide Lium in. I. PRAECLARVS auctor nobilitatis tuae. & Apostrophe est, ad M. Brutum, ad quem scribit, qui auctorem, & progeni torem habuit Lucium illum Brutum Tarquiniorum exactorem, libertatis assertorem, primum Romanum consulem, cuius statua in Capitolio uiscebatur media inter regum imagines strictum enfem tenens.

C I C E R O

PYTHAGORAE autem doctrina cum longe, lateq. flueret, permanuisse mihi uideretur in hanc ciuitate: idq. cum coniectura probabile est, tum quibusdam etiam uestigijs indicatur. quis est enim, qui putet, cum floret in Italia Graecia potentissimis, & maximis uribus, ea, quae Magna dicta est; in hisq. primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset; nostrorum hominum ad eorum doctissimas uoces aures clausas fuisse? quin etiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem Numanam quoque re-

gem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam, cum Pythagorae disciplinam, & instituta cognosceret, regisq. eius aequitatem, & sapientiam a maioribus suis accepissent; aetates autem, & tempora ignoraret, propter uetustatem; eum, qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem fuisse crediderunt. Et de comitibus quidem haec tenent. Vestigia autem Pythagoreorum quamquam multa colligi possunt, paucis tamen utemur; quoniam non id agitur hoc tempore. Nam et carminibus soliti illi esse dicantur & praecepta quaedam

dam occultius tradere, & mentes suas a cogitationi intentione cantu, fidibusq. ad tranquillitatem traducere; grauisimus auctor in Originibus dixit Cato, morē apud maiores hunc epularum fuisse, ut, deinceps, qui accubuerant, canerent ad tibiam clarorum uirorum lau-

des, atque uirtutes. ex quo perspicuum est, & cantus tum fuisse rescriptos uocum sonis, & carmina. quamquam id quidem etiam XII. tabulae declarant, condiam tum solitum esse carmen: quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, leges sanxerunt.

EXPLANATIO

PYTHAGORAE autem doctrinae cuius in prima Tusculana egregia laus exstat, ubi dicit Pythagoreos fuisse, qui soli docti haberentur. Ex eadem etiam Tusculana constat, Pythagoram, regnante Tarquinio Superbo, in Italiam uenisse. Pythagoram uero ex eo dictum ferunt, quod uera Pythio non minus loqueretur. **Id** cum coniectura & ducta de quibusdam studiis, & obseruationibus Romanorum ueterū, **TVM** quibusdam etiam uestigijs & Vestigia translate dixit, quae sunt proprie signa pedibus impressa. Pauca uero colligit ad probandum Romanos non potuisse non cognoscere doctrinam Pythagoricam: non enim haec persequi institutum suum esse ait, quippe quae, ut in prooemio quasi ἰδὸν παρόργυς assūpserit, cum proposita sit contra perturbationes disceptatio. **IN** Italia Graecia, ea quae Magna dicta est? De hoc in prima Tusculana annotatum est. **In** hisque & maximis urbibus, ut Metaponti, Crotonae, Heracliae. **PYTHAGOREORVM** & ut Architae Tarentini, Philolai Crotoniatae, Hippasi Metapontini, &c. Pythagorei illi proprie dicuntur, qui sectam tenent Pythagorae, & dogmata Pythagoristae uero, qui uitā. **TANTVM** nomen? constat enim fuisse hanc sectam semper habitam non solum pro eruditissima, sed etiam diuinā cuiusdam sciētiaē participē. ideoque quasi Aegyptiacam superstitionem redolens, in nonnullorum odium, & auersionem incurrit. **AVRES** clausas fuisse? Interrogatio est affirmans: absurdum enim Romanos doctrinam illam cognitam, & tam propinquam non potuisse, uel respuisse cognoscere. **NUMAM** quoque regem & Romanorum secundum: quatuor integris aetatibus ante Pythagorā, ut ex Chro nicorum librorum obseruatione colligimus. **PYTHAGOREVM** a posterioribus existimatum? multa enim instituta Numae, ut auctor est Plutarchus, erant Pythagoricis placitis congruentia. Sed falso creditū est, Numam Pompiliū fuisse Pythagorae auditorem, uel praeter Ciceronem, Dionysium, Liumsq. nouificam, **CARMINIBVS** soliti & Vestigium Pythagoreorum maximum Romanos in contiuuis carmina ad tibiam cauere, sicut Pythagorei fidibus. **IN** Originibus dixit Cato? Ita Porcius Cato libros inscrip sit, de quibus annotatum est in Tusc. I. **TVM** fuisse rescriptos & cum Romam permanisset Pythageorum doctrina. **CONDIZ** componi: unde Compositores dicti, qui historiarum, & librorum sunt conditores. **NE** liceret fieri ad alterius iniuriam & Lege XII. tabularum de carminibus maledicis sancitum fuisse intelligendum esse, etiam in libris de Rep. testatum reliquit; & Horatius intellexit in. II. sermonum sic scribēs:

Si mala conderit in quem quis carmina: ius est,
Iudiciumque.

Sed & excantationum, & incantationum mali carminis eadem meminere, ut Plinius refert lib. XXI. I. X. cap. I. I.

CICERO

Nec uero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod & deorum pluuiaribus, & epulis magistratum fides praecinunt: quod proprium eius fuit, de qua loquor, disciplinae. mihi quidem etiam Appii Caeci carmen, quod ualde Panaetius laudat epistola quadam, quae est ad Q. Tuberonem, Pythagoreorum uidetur. Multa sunt etiam in nostris institutis dicta ab illis: quae praetereo, ne ea, quae peperisse ipsi putamur, aliunde didicisse uideamur. Sed, ut ad propositum redeat oratio; quam breui tempore quot, & quanti poetae, qui autem oratores exstiterunt? facile ut appareat, nostros omnia consequi potuisse, simul ut ut uelle coepissent. Sed de ceteris studijs alio loco & dicemus, si usus fuerit, & saepe diximus. Sapientiae studium uetus id quidem in nostris; sed tamen, ante Laelii aetatem, & Scipionis, non reperio quos appellare possim nominatim: quibus adolescentibus Stoicum Diogenem, & Academicum Carneadem uideo ad senatū ab Atheniensibus missos esse legatos. qui cum recipere nullam unquam partem attigissent; essentq. eorum al-

ter Cyrenaeus, alter Babylonius; numquam profecto scholis essent excitati, neque ad illud munus electi, nisi in quibusdam principibus temporibus illis fuissent studia doctrinae: qui cum cetera litteris mandarent, alij in ciuile, alij orationes suas, alij monumenta maiorū; hanc amplissimam omnium artium bene uiuendi disciplinam uita magis, quam litteris, persecuti sunt. itaque illius uerae, elegantisq. philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit, & idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici eorum controuersias disceptarent, nulla fere sunt, aut pauca admodum Latina monumenta, siue propter magnitudinem rerum, occupationumq. omnium, siue etiam, quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur: cum interim, illis silentibus, C. Amasinius exstitit dicens, cuius libris editis, commota multitudo contulit se ad eandem potissimū disciplinam; siue quod erat cognitu perfacilis; siue quod inuitabatur illecebris blandis uoluptatibus siue etiam, quia nihil prolatum erat melius, illud, quod erat, tenebant. Post Amasinium autem multi, eiusdem

dem acmuli rationis, multa cum scripsissent, Italiam totam occupauerunt: quodq. maximum argumentum est, non dici illa subtiliter, quod & facile ediscantur, &

ab indoctis probentur; id illi firmamentum esse disciplinae putant:

EXPLANATIO

Nec uero illud non § sed & illud, DEORVM puluinaribus fides praecunt: § Puluina deorum loculi sunt, quae sterni in templis consueuerunt, & ut ait Seruius, aliquando ponitur pro templis. M. Tul. in oratione de haruspicum responsis nominat praecutionem, epulas ludorum, epulones, qui ministri erant pontificum, faciebantq. epulare sacrificium. Nunc ait disciplinae Pythagoricae uestigia hoc esse, quod fiducias praecunt in sacris deorum lectisterniis, & epulis magistratum publicis. *Sed de ceteris.* § Rursam remouet disputationes longiores, quae non pertineant ad propositum. *Saepe diximus* § ut in Bruto. **Laelii** § De Laelio amico Scipionis Africani posterioris intelligendum: de quibus ita in Bruto: De ipsius Laelii, & Scipionis ingenio, quamquam ea est iam opinio, ut plurimum tribuatur amobus, dicendi tamen laus est in Laelio illustrior. *Misso esse legatos.* § Vide Agellii lib. VII. cap. 14. & lib. XVII. cap. ult. item Plutarc. in Catonis uita. **Cyreneus** § Carneades. **Babylonius** § Diogenes. **Monumenta maiorum** § res gestas maiorum, historias. *Hanc amplissimam* § Philosophiae periphraesis. **In Peripateticis** § ueteri Academia. **Propter magnitudinem rerum, occupationem omnium** § Placet in res, & homines causam conferri, & ut res, sic homines nominari. assentiar igitur ueteri libro, qui Hominum, habet, non omnium. Haec Paullus pater.

CICERO

Sed defendat quidem, quod quisque sentit: sunt enim iudicia libera: nos institutum tenebimus: nulliusque unius disciplinae legibus adstricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid sit in quaque re maxime probabile, semper requiremus. quod cum saepe alias, tum nuper in Tusculano studiose egimus. itaque, expositis tridui disputationibus, quartus dies hoc libro concluditur. ut enim in inferiorem ambulationem descendimus, quod idem feceramus superioribus diebus; sic acta res est. M. Dicat, si quis uult, de qua re disputare uelit. A. Non mihi uidetur omni perturbatione posse sapiens uacare. M. Aegritudine quidem, haec aeterna disputatione uidebatur: nisi forte temporis causa assentire. A. Minime uero: nam mihi egregie probata est oratio tua. M. Non igitur existimas cadere in sapientem aegritudinem? A. Prorsus non arbitror. M. Atqui, si ista perturbare animum sapientis non potest, nulla poterit. quid enim? metus ne conturbet? et earum rerum est absentium metus, quarum presentium est aegritudo. sublata igitur aegritudine, sublatus est metus. Restant duae perturbationes, laetitia gestus,

& libido: quae si non cadent in sapientem, semper manebit tranquilla sapientis. A. Sic prorsus intelligo. M. Virum igitur maius? statim ne nos uela facere, an, quasi e portu egredientes, paullulum remigare? A. Quid est istuc? non enim intelligo. M. Quia Chrysippus, & Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis, & definiendis occupati sunt: illa eorum per exigua oratio est, qua medentur animis, nec eos turbulentos esse patientur. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi, & definiendi praetermittunt. quae uelut eorum, utrum penderem uela orationis statim, et eam ante paullulum dialecticorum remis propellerent. A. Isto modo uero. erit enim hoc totum, quod quaeris, ex utroque perfectius. M. Est id quidem relictus: sed post requires, si quid fuerit obscurius. A. Faciam equidem: tu tamen, ut soles, dices ista ipsa obscura plura, quam dicuntur a Graecis. M. Enitar quidem: sed inuenio opus est animo, ne omnia dilabatur, si unum aliquod effegerit.

EXPLANATIO

Sunt enim iudicia libera? Aristotili Labeo Augusto respondit, suum quemque iudicium habere. Et Persio dictum est,

Velle suum cuique est, nec uoto uiuimur uno.

Nos institutum tenebimus: § Institutum M. Ciceronis prope sollempne est, ut, nulli sectae additus, nulli disciplinae mancipatus esse uelit, iuxta illud Horatianum,

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

In inferiorem ambulationem § Academiam intelligit, ita enim inferius gymnasium in Tusculano nominabatur, in quo ambulare ualitudinis causa solebant, cum superiori gymnasio nomen esset Lyceum nomine Aristotelicae scholae. De quo Cicero lib. I. de Diu. Nam cum ambulandi causa in Lyceum uenisset, id enim superiori gymnasio nomen est. **Dicat, si quis uult,** § Cicero iubet, quod quisque uelit interrogare, profuturq. se ad cuncta responditurum. **Non mihi uidetur** § Propositio quaestiois haec est: Sapientem uacare non posse omni animi perturbatione, siue morbo: tamquam impossibilis sit illa

illa Stoicorum *TEMPORIS causa* tempus designat, quo Caesar rerum potiebatur: tunc enim aegritudo, siue tristitia dissimulanda erat, & hilaritas induenda. *SVBLATVS est metus.* Formidini adeo repugnat aegritudo, ut, in quem non cadat aegritudo, in eundem timor non possit cadere. *LAETITIA gestiens, & libido:* Duae sunt bigae perturbationum, altera bonorum, altera malorum, ex malis praesentibus est aegritudo, ex futuris metus: sicut bonorum praesentium laetitia, ita futurorum libido siue cupiditas appellatur. Laetitia autem gestiens dicitur praeter modum elata. Nos uela facere tempus pandere uela orationis & in latissimo ueluti aequore spatiosius uagari. Translatio a navigationibus, quae & uelis, & remis fiunt, ut supra: Omni contentione, uelis (ut ita dicam) remisque fugienda. Dixerunt autem uela facere, & uela dare. Verrina. VI I. Malum erigi, uela fieri, & Vela damus laeti. quod tamen plenius, Ventis dare uela dixit. Hanc autem Metaphoram ipse mox satis explanat. *PAULLVLVM remigare?* id est, oratione angusta & perexigua uti. Permanet in eadem translatione, nam egredientes e portu sensim remigantes prouehuntur subductis uelis. *IN his partiendis, & definiendis occupati* hoc est, quod ait Paullulum remigare, partiri scilicet, & definire animi perturbationes, quae res angusta est, & cohibita. *MVLTA afferunt:* hoc est, quo intelligi uult, Vela facere, nam Peripatetici pandunt orationis uela, & illorum latissima est disputatio, quasi currentium per aequor patentissimum passis uelis: cum dialectici, instar remigum, paullulum a litore, portuque progrediantur, & eorum angusta sit quasi navigatio. Zeno princeps Stoicorum dicere solebat, dialecticam similem esse compressae in pugnum manus: eloquentiam oratoriam explicatae, & apertae manus. *SPINAS partiendi,* ita uocat subriles, & pressas partitiones, & definitiones Stoicorum, quas dumeta appellat in Academicis. *Ex utroque* scilicet, Peripateticorum oratione copiosa, & dialecticorum concisa, & angusta.

C I C E R O

QUONIAM, quae Graeci *πάθος* uocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos; in his explicandis ueterem illam equidem Pythagorae primum, deinde Platonis descriptionem sequar: qui animum in duas partes diuidunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem in particeps rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam, quietamque constantiam: in illa altera motus turbidus tum irae, tum cupiditatis, contrarios, inimicosque rationi. sit igitur hic fons: utamur tamen in his perturbationibus describendis Stoicorum definitionibus, & partitionibus: qui mihi uidentur in hac quaestione uersari acutissime. Est igitur Zenonis haec definitio, ut perturbatio sit, quod *πάθος* ille dicit, auersa a recta ratione contra naturam animi commotio. Quidam breuius, perturbationem esse appetitum uehementiorem, dicunt; sed uehementiorem eum uolunt esse, qui longius discesserit a naturae constantia. Partes autem perturbationum uolunt ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis; ita esse quatuor: ex bonis libidinem, & laetitiam; ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum; ex malis metum, & aegritudinem nasci censent, metum ex futuris, aegritudinem ex praesentibus. quae enim uenientia metuntur, eadem efficiunt aegritudinem instantia: laetitia autem, & li-

bido in bonorum opinione uersantur: cum libido ad id, quod uidetur bonum, illecta, & inflammata rapiatur; laetitia, ut adeptam iam aliquid concupitum, efferatur, & gessiat. natura enim omnes ea, quae bona uidentur, sequuntur, fugiuntque contraria. quamobrem, simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonum uideatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. id cum constanter, prudenterque fit, eiusmodi appetitionem Stoici *βούλησιν* appellant, nos appellamus uoluntatem. eam illi putant in solo esse sapiente; quam sic definiunt. uoluntas est, quae quid cum ratione desiderat. Quae autem auersa a ratione incitata est uehementius, ea libido est, uel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis inuenitur. Itemque cum ita mouemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter id contingit. nam cum ratione animus mouetur placide, atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem & inaniter, & effuse animus exultat, tum illa laetitia gestiens, uel nimia dici potest: quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. quo modoque bona natura appetimus; sic a malis natura declinamus quae declinatio si cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente: quae autem sine ratione, & cum exanimatione humili, atque fracta, nominetur metus.

E X P L A N A T I O

DESCRPTIONE sequar: Descriptionem dicit nunc, distinctionem, & ordinationem, ut pro Cludentio: Non Archimedes melius potuit describere, & supra: Equitum, pediumque descriptio. *ANIMVM in duas* ita etiam idem lib. I. de off. *TRANQUILLITATEM,* & *πάθος* Laetius lib. VII. *IN illa altera* Quae scilicet animi pars expertis est rationis. *Hic fons* hoc est, exordium disputationis. *Metaphoricum est. ITA esse quatuor.* idem in Tusculana III. Quatuor formae commoti opinionis, & errore perturbati animi constituuntur, quae subiectas alias singulae plures habent, quarum respectu iam genera dicuntur, hoc modo ut Graeci, & Latinis nominibus subscriptimus.

E e Opinio,

Opinio, δόξα	}	boni, αγαθού	{ Praesentis, παρόντος. Laetitia ἡδονή. Absentis, ἀπόντος. Cupiditas ἐπιθυμία.
		mali, κακοῦ	{ Praesentis, παρόντος. Aegritudo, λύπη Absentis, ἄπουτος. Metus, φόβος.

Ita fit, cum & boni, & mali opinione bifariam concitetur ille motus ἀλογος, ut quattuor perturbationum genera existant. bis enim duo certe quattuor sunt. Ex bonis libidinem? Appellatione libidinis omnis cupiditas significatur, quae ad futurum bonum adipiscendum incitata uehementer effertur. INSTANTIA, id est praesentia, urgentiaque, ILLECTA, inuitata, euocataque: unde & Illicitum apud Varronem ab illi-
ciendo dictum pro incitamento, inuitamentoque, sicut Illix animi Venus, & Illices oculi apud Appu-
lium, alias Illectum dicitur, non lectum, ut apud Ouid.

— Illectumque remittat.

NATURA, & instinctu naturali. FUGIVNTQ. contraria? In 1. de Off. in hanc sententiam sic scriptum est: Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut corpus uitamque tueatur, declinetque ea, quae ei nocitura uideantur: quaeque sint ad uiuendum necessaria inquirat, & paret, ut pactum, & latibula, ut alia eiusdem generis. & Plinius, Nimirum, inquit, haec est natura rerum, haec potentia eius, fae-
uissimas ferarum, maximasq., quae numquam uiderent, quod debeant timere, statim intelligere, cur sit
timendum. ΣΙΜΥΛΙΤΟΥ γὰρ εἶναι δοκούντος ἀγαθού χάριν πάντα πράττουσιν πάντες. Aristoteles lib. 1. Politic.
Ad idz bonum scilicet adipiscendum. Hinc libido nascitur. ΕΑΜ illi putant in solo esse sapientez? Pro tri-
bus perturbationibus cupiditate, laetitia, & metu, Stoici tres apathias uoluerunt esse in animo sa-
pientis, quas Cicero constantias uocat: uoluntatem scilicet, gaudium, & cautionem: pro aegritudine ue-
ro, quam posteriores tristitiam dicere malunt, negauerunt aliquid esse posse in animo sapientis, quia nul-
lum malum cadit in sapientem. VOLUNTAS est? Laert. εὐλογος ὁ ρεξις. Libido autem, ἀλογος ὁ ρεξις. Τὸν
illud gaudium dicitur: Secundum Ciceronem gaudium proprie bonorum est, quod, ut aiunt Stoici,
nisi sapienti non contingit. sed in malo quoque poni, testis est Virgil. cum ait:

— & mala mentis Gaudia.

LAETITIA gestiens? ἀλογος ἑπαρσις. CUM exanimatione humili, & consternatione.

CICERO

EST igitur metus rationi aduersa cautio. praesen-
tis autem mali sapientis affectio nulla est. stulti
autem aegritudo est ea, qua afficiuntur in malis opina-
tis, animosq. demittunt, & contrahunt rationi non ob-
temperantes: itaque haec prima definitio est, ut aegritu-
do sit animi aduersante ratione contractio. sic quattuor
perturbationes sunt, tres constantiae: quoniam aegritu-
dini nulla constantia opponitur. Sed omnes perturba-
tiones iudicio censeri fieri, & opinione: itaque eas defi-
niunt pressius; ut intelligatur non modo, quam uitiosae,
sed etiam quam in nostra sint potestate. Est igitur ae-
gritudo, opinio recens mali praesentis; in quo demitti,
contrahiq. animo, rectum esse uideatur. Laetitia, opi-
nio recens boni praesentis, in quo efferrī rectum esse
uideatur. Metus, opinio impendentis mali, quod intole-
rabile esse uideatur. Libido, opinio uenturi boni, quod,
sit ex usu, iam praesens esse, atque adesse. Sed, quae in-

dicia, quasq. opiniones perturbationum esse dixi, non
in eis perturbationes solum positas esse dicunt, uerum
illa etiam, quae efficiuntur perturbationibus usz, ut ae-
gritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus re-
cessum quendam animi, & fugam, laetitia profusam bi-
laritatem, libido effrenatam appetentiam. Opinionem
autem, quam in omnes definitiones superiores inclusi-
mus, uolunt esse imbecillam assensionem. Sed in singu-
lis perturbationibus partes eiusdem generis plures
subiiciuntur, ut aegritudini inuidencia, (utendum est
enim, docendi causa, uerbo minus usitato; quoniam in-
uidiam non in eo, qui inuidet, solum dicitur, sed etiam
in eo, cui inuidetur) aemulatio, obrectatio, misericor-
dia, angor luctus, maeror, aerumna, dolor, lamentatio,
solicitudine, molestia, afflictatio, desperatio, & si quae sunt
de genere eodem.

EXPLANATIO

CONTRACTIO, & Animi contractiones, & dissolutiones aliqua de re iudicium sequuntur, & exci-
piunt. Contrahi dictum est moderate affici tristitia: unde contractio, & contractiunculae pro soli-
citudinibus, ac animi tristitia. QUATTUOR perturbationes? duae ex opinatis malis, metus, & aegritudo, si-
ue tristitia. TRES constantiae? Voluntas, quae opponitur cupiditati, siue libidini: gaudium, quod laetitia est,
cautio, quae timori. SED omnes perturbationes? Laert. δοκούντ' ἀστοίς τὰ πάθη καὶ σεις εἶναι, κατὰ φησὶ γὰρ οὐ
πὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν. Et Seneca IUDICIO censeri fieri et opinione: id est καὶ σεις & δόξα. PRESSIUS: subtilius.
QUAE efficiuntur perturbationibus? Haec ferme appellarunt μίωσις, ἑπαρσις, διαχύσις. RECESSVM quendam
animi? Aristot. in Problematis auctor est, ex metu sanguinem & calorem in ima perfugere. unde fit, ut
aluus plerisque ob timorem soluat. SYBICIVNTVR, & ut generi species. AEMVLATIO, &c. Mox haec
omnia sigillatim per definitionem explicat, & patefacit.

CICERO

CICERO

METVI autē subiecta sunt pigrizia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. Voluptati malvolentia, laetans malo alieno, delectatio, iactatio, & similia. Libidini ira, excandescencia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, & cetera eiusmodi. Haec autem definiunt hoc modo: Inuidentiam esse dicunt aegritudinem, susceptam propter alterius res secundas, quae nihil noceant inuidenti. nam, si quis doleat eius rebus secundis, a quo ipse laetatur, non recte dicitur inuidere; ut si Hecatori Agamemnon: qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen cum doleat his frui, is inuidet profecto. Aemulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude, & in uitio nomen hoc sit. nam & imitatio uirtutis aemulatio dicitur: sed ea nihil hoc loco uiri-

mur; est enim laudis: & est aemulatio aegritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. Obirectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam uolo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupierit. Misericordia est aegritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, nemo enim parricidae, aut proditoris supplicio misericordia commouetur. Angor, est aegritudo premens. Luctus, aegritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo. Maeror, aegritudo stebilis. Aerumna, aegritudo laboriosa. Dolor, aegritudo crucians. Lamentatio, aegritudo cum eiulatu. Sollicitudo, aegritudo cum cogitatione. Molestia, aegritudo permanens. Afflictio, aegritudo cum uexatione corporis. Desperatio, aegritudo sine ulla rerum expectatione meliorum.

EXPLANATIO

LAETANS? ἀπῆχαιρουκαρία. Laertius definit, ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. AEGRITVDINEM? λυπὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. PROPTER alterius res secundas. Secundum hanc definitionem est illud Horatianum, Inuidus alterius inarefcit rebus opimis. **D**UPLICITER? Dupliciter. & apud Graecos. Suidas. Ἀγαθοῦ τινος ἐπιθυμία, ἐθόγου χωρὶς. In malā partē Laertius: Ζῆλον δὲ λυπὴν ἐπὶ τοῦ ἀλλοῦ παρέρειμα ὡς αὐτοῦ ἐπιθυμῶσι: ἐπιδοτυπία δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ καὶ ἀλλοῦ παρέρειμα. **O**BRECTATIO? Cicero obrectationem interpretatur. Graecum uerbum est ἐπιδοτυπία quod significat inuideo. Ζηλοτυπία aemulatio. Ζηλοτύπος, aemulus Iuuenalis zelotypae retegantur scriinia Moechae.

CICERO

QVAE autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt: Pigriziam, metum consequentis laboris: Terrorem, metum concutientem: ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur: Timorem, metum mali appropinquantis: Pauorem, metum mentem loco mouentem: ex quo illud Ennii, Tum pauor sapientiam mihi omnem ex animo expeborat: Exanimationem, metum subsequenter, & quasi comitem pauoris: Conturbationem, metum excutientem cogitata: Formidinem, metum permanentem. Voluptatis autem partes hoc modo describunt, ut Malevolentia sit uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo: Delectatio, uoluptas suauitate auditus animum delectans: & qualis est haec aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum: quae sunt omnes unius generis, ad perfundendum animum tanquam illique factae uoluptates. Iactatio est uoluptas gestiens, & se effrensus insolentius. Quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, ut Ira sit libido puni-

endi eius, qui uideatur laessisse iniuria: Excandescencia autem sit ira nascens, & modo exsistens: quae θυμός Graece dicitur: Odium, ira inueterata: Inimicitia, ira ulciscendi tempus obseruans: Discordia, ira acerbior, in timo odio, & corde concepta: Indigentia, libido inexplibilis: Desiderium, libido eius, qui nondum ad sit, uidentis. Distingunt illud etiam, ut sit libido earum rerum, quae dicuntur de quodam, aut quibusdam, quae κατ' ἑρῶν μετα dialectici appellant; ut habere diuitias, capere honores. Indigentia, libido rerum ipsarum est, ut honorum, ut pecuniae. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam: quae est a tota mente, & a recta ratione defectio, sic auersa a praescriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones, & efficit, ut haec rebus rationi pareant, conseruatq. considerata iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia omnem animi flatum inflamat, conturbat, incitat. itaque & aegritudines, & metus, & reliquae perturbationes omnes gignuntur ex ea.

EXPLANATIO

TERROREM, & Omiffa est definitio Pudoris, quem paullo ante post Pigririam nominavit, cuiusq. etiam mentio fequitur. id utrum librarij negligentia, an Ciceronis ipfius obliuione, coniectura non licet. Pudor autem a Zenone, a quo haec fere omnia Cicero fumpfit, ita definitur apud Laertium: Αἰσχύνῃ δὲ φόβος ἢ δόξιας: idelt, Pudor autem metus infamiae, fiue impendentis turpitudinis. Quod autem Terrorem Cicero definit metum concutientem; uereor, ne fit imperfecta definitio, & hoc fortaffe omiffum fit, Ex cogitatione inufitatae rei, eft enim haec Zenonis apud Laertium terroris definitio: Ἐκ τῆς φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήτους πράξεως. Haec Paullus pater. **CREPITVS** & concuffio. **PATREM** Val. Flac. in tertio Argonaut. terrorem, & pauorem ait eife equos Martis, cum ait, —————
Terrorq. pauorq.

Martis equi.

Graece dicuntur δῆμος. de quibus intelligi uoluit poeta, fic fcribens in Georgicis, Martis equi bruges.

Ex animo expeclorat: & M. Tullius in. 111. de Orat. mentionem facit huiufce Ennianae fententiae, decens iftud uerbum, Expeclorat, nouum eife, & ex coniunclione factum. **IRA fit libido puniendi eius, qui uideatur laeffiffe iniuria:** Quia uideo quibusdam in libris defiderari uerbum, Iniuria, quod etiam in uis, qui ex aedibus noftris, alioqui fatis emendati, fuperioribus annis exierant, omiffum erat; ideo Graeco Zenonis uerba, iam definentis, ut omnis in pofterum occafio mendi tollatur, recitare uifum efi. Sum autem haec apud Laertium: Ὁργῆ δὲ ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκούντος ἢ διακινῆσαι, οὐ ποροσκούντος. Laertius. Haec Paullus pater. θυμὸς Graece animum, iram, furorem fignificat, ut docet Plato in Cratyllo, a feruore & impetu animae ducto uocabulo. **INIMICITIA** C. Caefar in libris, quos ad M. Ciceronem de analogia confcripfit: pluratiuos femper numero dicēdas putat Inimicitias: ficut arma, moenia, & comitatus; fed plerique ueterum, & cum primis Q. Ennius & uicōs, id efi fingulariter dixit Inimicitiam, fic fcribē, Eo ingenio natus fum, amicitiam, atque inimicitiam in fronte promptu gero. **INDIGENTIA**, libido inchois μέν ἐκ τοῦ πράξεως, τετα μέν δὲ διακινῆσαι αὐτό, καὶ σπομένην Laertius. **DISTINGVNT** etiam illud ut fit libido earum rerum, quae dicuntur, &c. & Diftinguuntur, quae definita iam funt, Defiderium, & Indigentia. Sed paullo plenius efferet. Vt defiderium fit libido. Sin, Defiderium, omittimus; fubaudiri necelle efi. Sed addi malim, quam fubaudiri. Poffet etiam fic, uerbo illud, in alium locum translato: Diftinguit etiam, ut illud fit libido. Ita, defiderium fignificari, commodius intelligetur. diftinclio quidem haec in Laertio, ubi Zenonis definitiones perfequitur, non reperitur. Non placet autem, quod fufpicari aliqui fortaffe poffit: Ciceronem, non defiderium, & indigentiam, fed libidinem, & indigentiam uoluiife diftinguere. quis enim, exempli gratia, animal, & hominem, id efi genus, & fpeciem, diftinguat? diftinguuntur autem, uarie definita, eidem generi fubieclta, ut homo, & lupus, defiderium, & indigentia, neque nūc id Ciceroni propositam efi, ut libidinis uim, & naturam oftendat, fed ut eorum, quae libidine, tamquam fpecies genere, comprehenduntur, alioqui diuerfum aliquid a libidine haberet indigentia. quod fieri non potefi. nihil enim efi in fpecie, quod idem in genere non fit, licet contra, quae in genere, non eade in fpecie finq. omnia. utamur enim receptis uulgo, ac tritis iam confuetudine nominibus. Haec Paullus pater. **De quodam,** Quidam fignificat aliquid certi, Alquis nihil certum determinat. Hinc illud Plauti: Edes aliquid, nolo hercle aliquid: certum quam aliquid mauolo. κατὰ γορηματα & Haec parum Latine, Praedicamenta, quidam uocant, cum rectius ea, quae dicuntur de aliquo, reddi poffint, quemadmodum etiam Cicero ipfe cum hic tum alibi exponit. **INDIGENTIA**, libido rerum ipfarum efi, & Cum, Indigentia, pendere uideatur a uerbo Diftinguunt; (patet enim, hic diftingui defiderium, & Indigentiam) adducor, ut, Efi, abundare putem, aut legendum, Sit. Haec Paullus pater. **INTEMPERANTIAM:** & Haec ἀμετρίαν, & ἀσομμετρίαν: & temperantiam σομμετρίαν dixere. Praeceptum Pythagorae efi, fugandam eife a rebus omnibus intemperantiam. Graeci homines appellant intemperatos, incontinentesq. eos, qui fe dederunt duabus belluinis uoluptatibus, guftatus fcilicet, & tactus, quae foiae communes funt hominibus cum beftijs: & iccirco in pecudum, ferorumque animalium numero habetur quilibet quis efi his ferinis uoluptatibus peruinclus.

CICERO

QUAE AD MODVM, cum fanguis corruptus, efi aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, aegrotationesq. nafcuntur: fic prauarū opinionum conturbatio, & ipfarum inter fe repugnantia fanitate animum fpoliat, morbisq. perturbat. ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur; quae uocāt illi νοσήματα; eaq., quae funt eis morbis contraria; quae habent ad res certas uitiofam offenfionem, atque faftidium; deinde aegrotationes, quae appellantur a Stoicis ἀπώσιν ματα; hisq. item oppofitae contrariae offenfiones. Hoc loco nimium operae confumunt a Stoicis, maxime a Chryfippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi fimilitudo. qua oratione minime neceffaria praetermiffa, ea, quae rem continent, per-

pertractamus. Intelligatur igitur, perturbationem, insederit; tum existit & morbus, & aegrotatio, & iactantibus se opinionibus inconstanter, & turbide, in offensiones eae, quae sunt eis morbis, aegrotationibus, motu esse semper. cum autem hic feruor, concitatioq. q. contrariae. animi inueteuerauerit, & taquam in uenis, medullisq.

EXPLANATIO

PITUITA? Graece, Phlegma. Scribit Plato in Timaeo, pituitam originem esse languorum omnium, qui ex destillatione fiunt, ex eaq. gigni malas ualitudines plurimas, quoniam plurima loca illabuntur. A pituita pituitosus deriuatur, quem Graeco uocabulo usitatissimo phlegmaticum uocant. M. Tullius in lib. de Fato, In aliis esse pituitosos, & quasi redundantes, in alijs exsiccatos, atque aridos. INTER se repugnantia? Repugnant metus, & cupiditas: laetitia, & aegritudo. EIS morbis contraria; ut Mulierositas, odium mulierum. AEGROTATIONES? Aegrotatio proprie in corpore est, sicut aegritudo in animo. tamen & aegrotationes animi dicuntur, quae ex quodam metu nascuntur. CONTRARIAE offensionis. sicut Inhospitalitas, quae opinio est uehemens, ualde fugiendum esse hospitem. MORBORVM animi similitudo. sicut uirtutes in corpore esse dicuntur consimiles animi uirtutibus: item similitudo est inter morbos corporum, & animorum, ut uitium dicitur corporis, sic animi: ut aegrotatio in corpore, sic in animo, sicut e contrario in corpore est uelocitas, pulchritudo, uires, sic eadem in animo dicuntur.

CICERO

HAEC, quae dico, cogitatione quidem inter se differunt, re uero copulata sunt, eaq. oriuntur ex libidine, & laetitia. nam, cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quasi quaedam Socratica medicina, quae sanaret eam cupiditatem; permanat in uenas, & inhaeret in uisceribus illud malum, existitq. morbus, & aegrotatio: quae auelli inueterata non possunt: eiq. morbo nomen est auaritia, similiterq. ceteri morbi, ut gloriae cupiditas, ut mulierositas, (ut ita appellem eam, quae Graece φιλογυνεία dicitur) ceteriq. si militer morbi, aegrotationesq. nascuntur. Quae autem his sunt contraria, ea nasci putantur a metu, ut odium mulierum, quale in μισογυνεία est, et hominum uniuersi generis; quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur; ut inhospitalitas est, quae omnes aegrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt, & oderunt. Desiniunt autem animi aegrotationem, opinionem uehementem de re non expectenda, tamquam ualde expectenda sit, inhaerentem, & penitus insitam, quod autem nascitur ex offensione, ita desiniunt, opinionem uehementem de re non fugienda, inhaerentem, & penitus insitam, tamquam fugienda. haec autem opinatio est, iudicare se scire, quod nesciat. Aegrotationi autem talia quaedam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, pernicacia, ligurritio, uinolentia, cupedia, & si qua sunt similia.

EXPLANATIO

CONTINVO? statim. PERMANAT? penetrat. MULIEROSITAS, & cupiditas muliebris uoluptatis. MORBI, aegrotationesq. Nam aegrotatio omnis est etiam morbus, sed morbus non statim etiam aegrotatio. DE Timone? Timonem Atheniensem, qui ob naturae asperitatem dictus est misanthropos, id est osor hominum, ferunt aliquando in concionem uenisse, factoque silentio, & expectatione magna, dixisse: Est mihi, o uiri Athenienses, post domum pulillus hortus, & in eo ficus, ex qua permulti iam ciues sese suspenderunt. in eodem ego nunc loco aedificium facturus sum: quam ob rem constitui publice referre, ut, si sint ex uobis, qui uelint se suspendere, id agant antequam arbor succidatur. uixisse illum tempore belli Peloponnesiaci, & lapsum de piro syluestri crus fregisse: cumq. medicum adhiberi nollet, ita putrescente crure esse mortuum. fuisse autem ab ipso uiuente compositum epigramma hoc inscriptum.

Ενθάδ' ἀπορήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κείμαι,
Τοῦ νόμου δ' οὐ πεσοῦδάαι, κακοὶ δὲ κακῶς δασ' ἰοῦδάαι.

Hic iacco miserae abrupto spiramine uitae
Quis? ne quaerite, morte mala, & mala turba perite.

DE re non expectenda? Exempli gratia, suadet ambitio honores ualde expectendos esse, quae tamen res a multis non expectenda censetur. DE re non fugienda? suadet μισογυνεία fugiendas esse maiorum in modum feminas, cum tamen res sit non penitus fugienda, similiterq. de ceteris morbis. AVARITIA, ambitio, &c. Horum sunt, nisi fallor, Graeca nomina, φιλοχρηματία, φιλοτιμία, φιλογενεία. ἀυθαδέλεια, λιχρεία, φιλονεία, φιλοψεία. De his, Chryssippi sententia, uerbis fere illius, ab Athenaeo refertur, li. xi. Τῆν δὲ, inquit, μάγαν τοὺς πολλοὺς, φησὶν ὡς χρυσίαι πορὲν τῆν εἰσαγωγὴν τῆν ἀπὲρ ἀγαθῶν, καὶ κακῶν πραγμάτων, τοῖς πλείστοις προσάπειδάαι. καλεῖσθαι δὲ τὴν μὲν γυναικακομαγίαν, τὴν δὲ ἄρτυρομαγίαν. τῆν δὲ καὶ δοξομαγίαν: καλοῦσι τοὺς

φιλοδόξους, καθάπερ τούς φιλογυμνούς γυμναστικαίους, καί τούς φιλόκριδας ὀρθομαγείς, ὅ αὐ τὸ σημερινὸν τῆς ὀνομά-
των τούτων, αἵ εἰσι καὶ τὰ λοιπὰ μὴ ἀλλοτρίως καλεῖσθαι τὸν τῆσπον τούτου, καὶ γὰρ ὁ φιλόσοφος, καὶ ὁ ὀφθαλμολόγος, ὁ ἰογὸς ἡ-
μαγίς ἐστίν, καὶ ὁ φιλόλογος, οἰνομανής, καὶ ὁ σαύτως ὄψι θῶν ὁμοίαν, οὐκ ἄλλοτρίως τῆς μαγίας χειρῆς ἐν αὐτοῖς, ὅς ἀμαρ-
τάγουσι μαγικῶς, καὶ τῆς ἀλληδείας ὄψι πλείον ἀπαρτιμεγος.

CICERO

EST autem auaritia, opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit, inhaerens, & penitus infra, similisq. est eiusdem generis definitio reliquorum. Offensionum autem definitiones sunt eiusmodi, ut inhospitalitas sit opinio uehemens, ualde fugiendum esse hostem, eaq. inhaerens, & penitus insita. similiter definitur & mulierum odium, ut Hippolyti, & ut Timonis generis humani. Atque, ut ad ualetudinis similitudine nemiamus, eaq. collatione utamur aliquando, sed parcius, quam solent Stoici: ut sunt alij ad alios morbos procliuios: itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia saepe sint: alij ad metum, alij ad aliam perturbationem, ex

quo in alijs anxietas, unde anxij, in alijs iracundia dicitur: quae ab ira differt: estq. aliud, iracundum esse, aliud, iratum; ut differt anxietas ab angore: neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando; neque anxij, semper anguntur: ut inter ebrietatem, & ebriositatem inter-est: aliudq. est, esse amatorem; aliud, amantem. Atque haec aliorum ad alios morbos procliuitas late patet: nam perinet ad omnes perturbationes: in multis etiam uitij apparet: sed nomen res non habet. ergo inuidi, & maleuoli, liuidi, & timidi, & misericordes, quia procliues ad eas perturbationes, non quia semper feruntur.

EXPLANATIO

HYPPOLITIS Hippolytum mulierum osorem fuisse satis liquet. cuius apud Senecam est oratio ἐμπαιδέρους, id est, uehementior, & perturbationis maioris, Detestor omnes, horreo, fugo, execror: Sit ratio, sit natura, sit dirus tutor, Odisse placuit.

VT sunt alij ad alios morbos; Imperfecta similitudo, nam ad particulam, VT, quod respondeat, nihil est, forte ita corrigendum. VT sunt alij ad alios morbos procliuios; itaque dicimus grauedinosos quosdam, torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe: sic alij ad metum. Haec Paullus pater. GRAUEDINOSOS hoc est laborantes humore ex capite destillante, naresque, ac fauces crebrius infestante. Graeci Καταρροδεις appellat. TORMINOSOS procliues ad tormina, quae sunt intestinorum cruciatus. Dysenteriam Graeci uocant. ALII ad metum; scilicet, procliuios sunt. ANXIIS ab Anxietate dicti sunt homines Anxij. Antiqui Anxietudinem dixerunt, quae nobis Anxietas. Sic M. Tullius lib. de Rep. II. Anxietudo prona ad luctum, & maerens semper, ipsa se sollicitans. Pacuius: Tristitia, atque animi intoleranda anxietudine. PROCLIUITAS; pronititio, & inclinationem significat. Metaphoricum est. NOMEN; nimium apud Latinos, quod singulare sit. LIUIDI; Inuidi, quia in ore inuidorum peculiaris est liuor. Luuenalis: Inuideas, si liuidus sis. Liuorem efficit flagelli plaga: unde Liuētes plagas dixit Hieronymus; Silius, Liuentia planctu Brachia.

CICERO

HAEC igitur procliuitas ad suum quodque genus, a similitudine corporis aegrotatio dicitur; dum ea intelligatur ad aegrotandum procliuitas. sed haec in bonis rebus, quod alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur; in malis procliuitas, ut significet lap- sionem; in neutris habeat superius nomen. Quo modo autem in corpore morbus, aegrotatio, & uitium, sic in animo. Morbum appellant, totius corporis corruptio- nem. Aegrotationem, morbum cum imbecillitate: Vi- tium, cum partes corporis inter se dissident: ex quo pra- uitas membrorum, disortio, deformitas atque illa duo, morbus, & aegrotatio ex totius ualetudinis corporis conuulsatione, & perturbatione gignuntur: Vitium autem, integra ualetudine, ipsum ex se uernitur. sed in animo tantum modo cogitatione possumus morbum ab aegrotatione sciungere. Viciositas autem est habitus, aut

affectio in tota uita inconstans, & a se ipsa dissentiens. ita sit, ut in altera corruptione opinionum morbus effi- ciatur, & aegrotatio, in altera inconstantia, & repu- gnantia non enim omne uitium partes habet dissentien- tes ut eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans a se ipsa, dum est insipiens, sed non distorta, nec praua. Morbi autem, & aegrota- tiones partes sunt uitiositatis: sed perturbationes sunt ne eiusdem partes, quae sitio est: uitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes; ut non pos- sint affectionum manentium partes esse. Atque, ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic & in bonis, sunt enim in corpore praecipua, pulchritu- do, uires, ualetudo, firmitas, uelocitas; sunt item in ani- mo. Et ut corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, quibus constamus, sanitas sic animi dicitur, cum eius iudicia,



iudicia, opintonesq. concordant. eaq. est animi uirtus: quam alij ipsam temperantiam dicunt esse, alij obtemperantiam temperantiae praeceptis, & eam subsequen- *tem, nec habentem ullam speciem suam; sed, siue hoc, siue illud sit, in solo esse sapiente.*

EXPLANATIO

IN neutris ꝛ quae neque bona, neque mala sunt. ἀδιαφορὰ Graecis. **SUPERIVS** nomen ꝛ scilicet, facilitatis. **INTEGRA** ualitudine, ꝛ ut est luscus, claudus, gibbosus. corpus enim talium sanum est, & integra ualitudine: sed uitio deformatur. **IN altera inconstantia, & repugnantia.** ꝛ Ex hac inconstantia uitiositas est illud Horatianum:

Quid, mea cum pugnat sententia secum?
Quod petiit, spernit: repetit quod nuper omisit.
Aestuat, & uitae disconuenit ordine toto.

PARTES habet dissentientes; ꝛ Idem Horatius inquit:
Pars hominum uitij's gaudet constanter, & urget
Propositum: pars multa natat.

SINT ne eiusdemꝛ scilicet, uitiositatis. **MANENTES** ꝛ ut auaritia, & iracundia. **MOVENTES** ꝛ distrahentes in varias partes, ut laetitia, cupido, metus, aegritudo. **CORPORIS similitudo** ꝛ sensus est. In animo esse potest similitudo earundem rerum, quae conspiciuntur in corpore, siue malae sint, siue bonae. **TEMPERANTIAM** ꝛ quae in non rectos impetus animi dominatur. Eius partes sunt Continentia, Clementia, Modestia.

CICERO

EST autem quaedam animi sanitas, quae in insipientem etiam cadat, cum curatione medicorum, perturbatio mentis aufertur. Et, ut corporis est quaedam apta figura membrorum, cum coloris quadam suauitate, eaq. dicitur pulchritudo: sic in animo opinionum, iudiciorumq. aequabilitas, & constantia, cum firmitate quadam, & stabilitate uirtutem subsequens, aut uirtutis uim ipsam continens, pulchritudo uocatur. Itemq. uiribus corporis, & neruis, & efficacitati similes, similibus quoque uerbis animi uires nominantur. Velocitas autem corporis, celeritas appellatur: quae eadem ingenij etiam laus habetur, propter animi multarum reru breui tempore percursionem. Illud animorum corporuq. dissimile est, quod animi ualentes morbo tentari non

possunt, corpora possunt: sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. quorum omnes morbi, & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt: itaque in hominibus solum existunt. nam bestiae simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non incidunt. Inter acutos autem, & hebetes interest, quod ingeniosi, ut aes Corinthium in aeruginem, sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocius, hebetes non item. Nec uero in omnem morbum, ac perturbationem animus ingeniosi cadit, non enim multa efferata, & immania: quaedam autem humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, metus.

EXPLANATIO

QVAE in insipientem etiam cadatꝛ sicut in aegrotum cadit sanitas corporis. **QVAE** ingenij etiam laus habetur. ꝛ Hinc ingenium uelox dicimus quod uersatile est, & celeritate quadam ad res multas percurrentes praeditum. Iuuen. Ingenium uelox, audacia perdita. **ANIMI ualentes** ꝛ cuiusmodi est animus sapientis, qui perenniter in beatitate consistit. **MORBO tentari non possunt, corpora possunt:** ꝛ Est fortasse uitium in ordine uerborum. Hoc enim malo, quam integrum Ciceroni nostro uersum effluxisse. quod quam in soluta oratione turpe sit, ipsemet in Oratore ostendit. Haec Paullus pater. Idem uicium deprehendi in oratione pro Archia, in Rullum, in ea post reditum ad Quirites: ubi uersus hexametri integri leguntur. **SINE culpa** ꝛ cum corpora nostra natura obnoxia sint morbis prope infinitis. **ANIMORVM** non itemꝛ In hanc sententiam dixit Horatius:

In culpa est animus, qui se non effugit umquam.

Et Aristoteles lib. III. Ethicorum, uoluntariam, hoc est, in cuiusque uoluntate, atque arbitrio sitam esse animi prauitatem affirmat. **BESTIAE simile quiddam.** ꝛ Exstant in bestiis quidam impulsus: ceterum humanorum pectorum propriae sunt affectiones, perturbationesq. Aristoteles quoque in VII. Ethicorum tradit, bestias neque temperatas, neque intemperatas dici, nisi per similitudinem. Plutarchus etiam probare conatur in bestiis rationem inesse. **INTER acutos** ꝛ acumine ingenij praeditos. **HEBETES** ꝛ crassi ingenij, ignaui, stupidi, ac torpidi. **Ut aes Corinthium in aeruginem,** ꝛ Simile. erat autem aes Corinthium

thium reliquo aere nobilius, & maiore in pretio. MICERTCORDIA 3 quam inter uitia numerant Stoici
tamquam pusilli animi sit.

C I C E R O

A Egrotationes autem, & morbi animorum diffi-
cilius euelli posse putantur, quam summa illa
uitia, quae uirtutibus sunt contraria, morbis enim man-
nentibus, uitia sublata esse possunt; quia non tam
celeriter sanantur, quam illa tolluntur. Habes ea, quae
de perturbationibus enucleate disputant Stoici: quae
logica appellant, quia differuntur subtilius. e quibus
quoniam tamquam e scrupulosis cotibus enauigauit ora-
tio, reliquae disputationis cursum teneamus: modo sa-
tis illa dilucide dixerimus pro rerum obscuritate. A.
Prorsus satis: sed si qua diligentius erunt cognoscen-
da, quaeremus alias: nunc uela, quae modo dicebas,
espectamus, & cursum. M. Quando & alijs locis de
uirtute diximus, & saepe dicendum erit; (pleraque
enim quaestiones, quae ad uitam, moresq. pertinent, a
uirtutis fonte ducuntur) quando igitur uirtus est affe-
ctio animi, conuersans, conueniensq. laudabiles efficiens
eos, in quibus est, & ipsa per se sua sponte, separata ra-
tione utilitate, laudabilis: (ex ea proficiuntur bonae
uoluntates, sententiae, actiones, omnisq. recta ra-
tio: quamquam ipsa uirtus breuissime recta ratio dici
potest.)

E X P L A N A T I O

VIRTUTIBVS sunt contraria 3 ut fortitudini ignauiam, iustitiae iniustitia, confidentiae diffidentia. Locu-
CA 3 rationi maxime consentanea. CURSVM teneamus 3 liberiore cursu pergamus, tamquam in aper-
tum pelagus, egressi scopulos. Translatio a nauticis. NUNC uela: 3 latissimam disputationem. MODO dice-
bas, 3 Dixerat enim, Vtrum igitur mauis, statim ne nos uela facere, an quasi e portu egredientes paululum
remigare? QUANDO & alijs locis de uirtute diximus, 3 Quae paullo post subiungit, cum ait: Quando igitur
uirtus est affectio animi: ea mihi coniecturam attulerunt, quam studiosis aperire operae pretium
dixi. Puto igitur legendum sic: Quando, ut alijs locis de uirtute diximus, quod enim hic omittit, perse-
quitur ijs uerbis: Quando igitur uirtus. Et hoc totum cum eo connectitur, Huius igitur uirtutis. quod
ut esset apertius, duplici interclusionione, quae *καπερθεσις* uocatur a Graecis, sententiam distinximus. Haec
Paullus pater. QUANDO igitur 3 Virtutis definitio, & eiusdem contrarij, quod uitiositatem seu uitium,
quam malitiam uocare malle ait.

C I C E R O

HUIUS igitur uirtutis contraria est uitiositas: (sic
enim malo, quam malitiam, appellare eam, quam
Graeci κακία appellant. nam malitia certi cuiusdam
uitij nomen est, uitiositas omnium) ex qua concitan-
tur perturbationes: quae sunt, ut paullo ante diximus,
turbidi animorum, concitatiq. motus, auersi a ratione,
& inimicissimi mentis, uitaeq. tranquillae: important
enim aegritudines anxias, atque acerbis, animosq. af-
figunt, & debilitant metu: idem inflammant appeti-
tione nimia: quam tum cupiditatem, tum libidinem di-
cimus, impotentiam quandam animi a temperantia, &
moderatione plurimum dissidentem, quae si quando
adepta est id, quod ei fuerit concupitum, tum fert ala-
critatem, ut nihil esse constet, quod agatur: ut ille, qui uol-
uptatem animi nimiam summum esse errorem arbitra-
tur. Eorum igitur malorum in una uirtute posita san-
ctio est. quid autem est non miserius solum, sed foedius
etiam, & deformius, quam aegritudine quis afflictus,
debilitatusq. iacens? cui miseriae proximus est is, qui
appropinquans aliquod malum metuit, ex animatusque
pendet animi. quam uim significantes mali, poetae im-
pendere apud inferos saxum Tantalos faciunt, ob secle-
ra, animiq. impotentiam, & superbiloquentiam. ea com-
munis poena stultitiae est. omnibus enim, quorum mens
abhorret a ratione, semper aliquis alijs dolor, alijs ter-
ror impendet. Atque, ut haec tabifica mensis perturba-
tiones sunt, aegritudinem dico, & metum: sic bilario-
res illae, cupiditas auide semper aliquid expetens, &
inanis alacritas, id est lacititia gestiens, non multum dif-
ferunt ab amentia.

E X P L A N A T I O

Sic enim malo, 3 potius uolo. CERTI cuiusdam uitij 3 fraudulenta astutiae. unde Terentius, Ex prom-
pta malitia, atque astutia dixit. Ex qua concitantur perturbationes: 3 Mendose legi in libris, qui uulgo
teneant, Cogitantur, puto omnes intelligere, correxi ex antiquo libro. Apud Nonium Feneftellae locus
eodem mendo foedatus erat. nam, Inuidiam cogitare legebatur, pro, Concitare. Haec Paullus pater.
IMPOTENTIAM quandam animi 3 scilicet, important. Est autem impotentia nimia potenti. qua ratione
impotens fortuna, impotens tyrannus dicuntur. Suetonius ait Caesarem edere solitum uoces impoten-
tiae. ALACRITATE, In malis alacritatem esse indicat Cicero, cum ait uirum temperatum constantem esse
se sine alacritate, sine ulla libidine. Sunt, qui alacrem festinantem & properum dici putent, quasi alia
acrem.

acrem. Vt ille, qui uoluptatem ꝛ ad ueteris poetae Trabeae dictum respicit, cuius lib. I I. de Finibus meminit. QVIS afflictus, ꝛ aliquis afflictus. PENDET animi) animo est suspenso, ac dubio. IMPENDE RE saxum ꝛ Idem Plato in Cratylo, & Cicero de Fin. I. OB scelera, animiq. impotentiam, & superbiloquentiam ꝛ Latinus poeta sumpsit ex Euripidis Oreste: τῆς θεῶν ἀνθρωπότητος ἀνικητὸς ὑπερηφανίας. &c. Impotentiam: nimiam potentiam. BREVILOQUENTIAM: ꝛ quia ad deorum mensam admissus, arroganter mortalibus secreta eorum consilia reuelasset. ALIIS dolor ꝛ qui est aegritudinis. ALIIS terror ꝛ qui metus est. TABIFICAE ꝛ uelut tabem, atque exitium animo inferentes.

CICERO

EX quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum moderatum, alias modestum, & temperantem, alias constantem, continentemq. dicimus. non numquam haec eadem uocabula ad frugalitatis nomen, tamquam ad caput, referre uolumus. quod nisi eo nomine uirtutes continerentur; numquam illud ita peruulgatum esset, ut iam prouerbij locum obtineret, hominem frugi omnia recte facere. quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisq. magnifice dicere uidentur. Ergo is, quisquis est, qui moderatione, & constantia quietus animo est, sibiq. ipse placatus, ut neque tabescat molestijs, neque frāgatur timore, nec, sitienter quid appetēs, ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat; is est sapiens, quem quaerimus; is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendū animum, aut nimis laetabile ad efferendum uideri po-

test. quid enim uideatur ei magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis, totiusq. mundi nota sit magnitudo? nam quid aut in studijs humanis, aut in tam exigua uitae breuitate magnum sapienti uideri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum? atque idem ita acrem in omnes partes aciem intendit, ut semper uideat sedem sibi, ac locum sine molestia, atque angore uiuendi, ut, quemcūque casum fortuna inueixerit, hunc apte, & quiete ferat. quod qui faciet, non aegritudine solum uacabit, sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. his autem uacuus animus perfecte, atque absolute beatus efficit: idemq. concitatus, & abstractus ab integra, certaq. ratione, non constantiam, solum amittit, uerum etiam sanitatem.

EXPLANATIO

FRUGALITATIS ꝛ σωφροσύνης, quam supra in. I. I. matrem, & caput omnium uirtutum dixit. HOMINEM frugiꝛ utilem, necessarium, moderatum, omni uirtute praepollentem. FUTILIS inani. Cū aqua ad sacra deae Vestae pertinens in terra ob piaculum euitandum non poneretur, excogitatum est uas, quod stare non possit: sed positum statim funderetur: unde a fundendo uocata sunt futilia. sic & futilēs homines dicti, qui silere tacenda non possunt: sed ea effundunt. AD demittendum ꝛ deprimendum. QUID enim uideatur ei magnū ꝛ Suspiciat, inquit Boetius, caelum, & definite uilia, ac terrena mirari. Seneca: Talis est animus sapientis, qualis mundus supra Lunam, semper illic ferenum est. NIHIL improuisum ꝛ In hac sententiam est illud Virg. lib. VI.

Non ulla laborum,
O uirgo, noua mi facies, inopina ue surgit:
Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.

CICERO

QVOCIRCA mollis & eneruata putanda est Peripateticorum ratio, & oratio, qui perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. modum ꝛ adhibes uitio? an uitium nullum est non parere rationi? an ratio parum praecipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardentem, aut adeptus te efferas inso- lenter? nec porro malum, quo aut oppressus iaceas, aut, ne opprimare, mente uix confles? ea q. omnia aut nimis tristia, aut nimis laeta errore fieri? qui si error stultis extenuetur die, ut, cum res eadem maneant, aliter ferat inueterata, aliter recientia: sapientem ne attingat

quidem omnino. etenim quis erit tandem modus iste? quaeramus enim modum aegritudinis, in qua operae plurimum ponitur. aegre tulisse P. Rutilium fratris repulsam consulatus, scriptum apud Fannium est: sed tamen transisse modum uidetur, quippe qui ob eā causam a uita recesserit. moderatius igitur ferre debuit. Quid, si, cum id ferret modice, mors liberorum accessisset? nata esset aegritudo noua, sed ea modica: magna tamen facta esset accessio. Quid, si deinde dolores graues corporis, si bonorum amissio, si caecitas, si exsiliū, si pro singulis malis aegritudines accederent? summa ea fieret, quae non sustineretur.

EXPLANATIO

QVOCIRCA mollis ꝛ contra Peripateticos, hoc loco Stoicorum sententiam magis approbat. ADHIBENT modum ꝛ temperant perturbationes, nec ut Stoici omnino eas tollūt. ALITER ferat inueterata ꝛ

FF Petrae

Ferat quis? de stultis loquitur: Ferant, igitur mallem. Haec Paullus pater. *Aliter inueterata*, & minori scilicet aegritudine. *ALITER recentia*: & maiori maestitia. *MODVM aegritudinis* & temperamentum, ut temperate dolendum sit. *AEGRE tulisse P. Rutilium fratris repulsam consulatus* & Historia postulat, Rupilium, qui consul fuit anno urbis D C X X I, ut patet ex fastis Capitolinis; in quibus plane Rupilium legitur. Tollendum idem mendum ex Plinio lib. VII. cap. 36. Ipsum etiam Ciceronem in Laelio tribus locis in eodem nomine correximus. Quod si quis mendosus etiam putat Capitolinos factos: ego aduersus hunc, tamquam negantem principia, non disputabo. Haec Paullus pater.

C I C E R O

QVI modum igitur uitio quaerit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucade praecipitauerit, sustinere se, cum uelit, ut enim id non potest: sic animus perturbatus, & incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco uult, insistere omnino: quaeq. crescentia perniciofa sunt, eadem sunt uitiosa nascentia. aegritudo autem, ceteraeq. perturbationes amplificatae certe pestiferae sunt: igitur etiam susceptae continuo in magna pestis parte uersantur. etenim ipsae se impellunt, ubi semel a ratione discessum est, ipsaq. sibi imbecillitas indulget, in altumq. prouehitur imprudens, nec reperit locum consistendi. Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam. qui enim uitij modum apponit, is partem suscipit uitiorum. quod cum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico, incitataq. semel in procliuē labuntur, sustineriq. nullo modo possunt.

E X P L A N A T I O

QVI modum & moderationem siue temperamentum. QVI se e Leucade praecipitauerit & Eleganti similitudine ostendit Cicero, animum perturbatione impulsus cohibere se non posse. Est autem in Epiro Leucadium litus, promontorium Leucates, ubi est petra eiusdem nominis albicanti colore in pelagus porrecta:

Hinc se Deucalion Pyrrhae succensus amore

Misit, & illaeso corpore pressit aquas.

Hinc etiam Sappho praecipitaturam se se minitatur in epistola ad Phaonem.

Ibimus o Nymphae, monstrataque saxa petemus

Sit procul inano uictus amore timor.

Hoc intelligi uoluit Aufonius illo uersu:

Et quae nimbe sa saltum Leucate minatur.

Sed demum se se deiecit auctor est Menander. Praeruptam naeta in transitu petram Cupidinis oestro percita, ex summo praiceps ruit, ex animi tui sententia rex imperiose. Hoc signat etiam Papinius, in quinto Siluarum, cum sic scribit in Epicedio parentis,

— Saltusq. ingressa uiriles

Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Ad sedandos amores ualere olim credebantur illi saltus.

IMBECILLITAS & imbecillis affectus. Nihil interest & Aristoteles Eth. lib. II. Ομοιοι γ' ου. IN procliuē & procliuiter, & uelut in praiceps.

C I C E R O

QUID, quod idem Peripatetici perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas? quorum est talis oratio. Primum multis uerbis iracundiam laudant; cotem fortitudinis esse dicunt, multoq. & in hostem, & in improbum cinem uehementiores iratorum impetus esse: leues autem ratiunculas eorum, qui ita cogitent: proclium rectum est hoc fieri: conuenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria. haec nullam habent uim, nisi ira excanduit fortitudo. Nec uero de bellatoribus solum disputant imperia seueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiae. Oratorem denique, non modo accusant, sed ne descendente quidem probant sine aculeis iracundiae. quae etiam si non adsit, tamen uerbis atque motu simulandam arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio. Virum denique uideri negant, qui irasci nesciat. eamq., quam lenitatem nos dicimus, uiriofo lenitudinis nomine appellant.

E X P L A N A T I O

IRACUNDIAM & το θυμωδες. **COTEM fortitudinis** & quod ira acuat animus, non secus atque ferrum cote. Aristoteles, Ira, inquit, necessaria est, nec quidquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum, ut spiritum accendat. Sunt cotes oleariae, sunt cotes aquariae. Vide Plinium lib. XXXVI. **EXCANDUIT** & exarsit. **QVI irasci nesciat** & tamquam ex uiriliterate excandescat.

LENTITUDINIS ἀσπύνησιν. Idem Cicero alibi ad Q. Fratrem. Non irasci, inquit, lentitudinis est. itaq. lentos homines appellamus, qui non mouentur affectibus, ac nimia quasi aequanimitate torpent.

CICERO

NEc uero solum hanc libidinem laudant; (est enim ira, ut modo desfrui, ulciscendi libido) sed illud ipsum genus uel libidinis, uel cupiditatis ad summam uilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quæquam, nisi quod libeat, praeclare facere posse. Nocturno ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset; quaerentibusq. respondebat, Miltiades trophaeis se e somno suscitari. Cui non sunt auditae Demosthenis uigiliae? qui dolere se aiebat; si quando opificum antelucana uictus esset industria. Philosophiae denique ipsius principes numquam in suis studijs tantos progressus sine flagrante cupiditate facere potuissent. ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum,

Platonem accepimus. ubi enim quid esset, quod disci posset, eo ueniendum iudicauerunt, num putamus haec fieri sine summo cupiditatis ardore potuisse? Ipsam aegritudinem, quam nos, ut taetra, & immanem belluam, fugiendam esse diximus, non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam; ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominijs affici se in delicto dolerent. impunitas enim peccatorum data uidetur eis, qui & ignominiam, & infamiam ferunt sine dolore. morderi est melius conscientia, ex quo est illud e uita ductum ab Afranio, nam, cum dissolutus filius, Heu me miserum, dixisset; tum seuerus pater; — dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.

EXPLANATIO

LIBIDINEM? immoderatam, siue flagrantem cupiditatem ulciscendi. NISI quod libeat, & quasi ab eo, quod libet, ducta libidine. Nocturno ambulabat in publico? Exempla adducit eorum, qui cupiditatis immoderatae stimulis ad praeclara facinora aggredienda impulsu traduntur. quale est, quod de Themistocle, & Miltiade, referunt Plutarch. Thucyd. & alij. Item de Demosthene, & alijs. DEMOSTHENIS uigiliae? nimium scilicet studium in orationibus componendis, adeo ut in prouerbium etiam abiit Lucerna Demosthenis: & celebratum est illud, quod scripta eius lucernam olere dicerent. PYTHAGORAM, Democritum. Vide quae in eandem sententiam dicuntur a Cicerone de eisdem lib. v. de Fin. & Pl. lib. xxx. Ab Afranio? Poeta hic fuit, conditor togatarum clarissimus, de quo Horatius:

Dicitur Afranij toga conuenisse Menandro.

Inducebatur ab Afranio in fabula dissolutus filius, qui castigatus a patre, & conscientia teste affectus, ita dolenter loquitur: Heu me miserum &c. DUMMODO doleat? innuens illum utiliter uexari, dolore accusantis conscientiae.

CICERO

RELIQUAS quoque partes aegritudinis utiles esse dicunt, misericordiam ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum subleuandas: ipsum illud aemulari, obtrectare, non esse inutile; cum aut se non idem uideat consecutum, quod alium; aut alium idem, quod se metum uero si quis sustulisset, omnem uitae diligentiam sublatam fore, quae summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent. Haec tamen ita disputant, ut refecanda esse fateantur, euelli penitus dicant nec posse, nec opus esse: ut in omnibus fere rebus mediocritatem esse optimam existiment. Quae cum exponunt, nihil ne tibi uidentur, an aliquid dicere? A. Mihi uero dicere aliquid: itaque expecto, quid ad ista. M. Reperiam fortasse: sed illud ante. Vides ne, quanta fuerit apud Academicos uerecundia? plane enim dicunt, quod ad rem pertineat. Peripateticis respondetur a Stoicis, digladientur illi, per me licet: cui nihil est ne-

cesse, nisi ubi sit illud, quod uerissimum uideatur, inquirere. quid est igitur, quod occurrat in hac quaestione, e quo possit attingi aliquid uerisimile, quo longius mens humana progredi non potest? definitio perturbationis: qua recte Zenonem usum puto. ita enim definit, ut perturbatio sit aduersa ratione contra naturam animi commotio: uel breuius: ut perturbatio sit appetitus uehementior. uehementior autem intelligatur is, qui procul absit a naturae constantia. quid ad has definitiones possim dicere? atqui haec pleraq. sunt prudenter, acuteq. differentium. illa quidem ex rhetorum pompa, ardores animorum, cotesq. uirtutum. an uero uir fortis, nisi stomachari coeperit, non potest fortis esse? gladiatorum id quidem. quamquam in eis ipsis uidemus saepe constantiam. colloquuntur, congregiuntur, aliquid postulant; ut magis placati, quam irati esse uideantur.

EXPLANATIO

OBTRACTARE? Dixit supra: Obtractatio est ea, quam intelligi zelotypiam uolo; aegritudo ex eo, quod alter quoque potatur, eo quod ipse concupierit. RESECANDA esse fateantur, & qui affectio- nes mediocriter temperant. APVD Academicos uerecundia? Innuat Academicos ob uerecundiam nō au- dere Peripateticis contradicere. sic in epistola ad Papirium Paetum: Ego seruo, & seruabo (sic enim al- fucui) Platonis uerecundiam. DIGLADIENTVR? dissideant inter se sententiis Peripatetici, & Stoici. DEFINITIO perturbationis? Ex definitione perturbationis secundum Zenonem colligit rationes pro- babilis ad confutanda decreta Peripateticorum in moderandis perturbationibus. ADVERSA ratio? Maffei liber, Auerfa a ratione. probō nam & supra, Zenonis, inquit, est definitio, ut perturbatio sit auer- fa a recta ratione contra naturam animi commotio. Et, Omnium perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam: quae est a tota mente, & a recta ratione defectio, sic auerfa a praescriptione rationis, ut nullo modo &c. Et Turbili animorum, concitatiq; motus auerti a ratione. Et conuenit inter omnes commotiones animorum, a recta ratione auerfes, uitiosos esse. Haec Paullus pater. ARDORES animorū? illos iracundiae impetus, quibus animi uelut accenduntur, uirtusq; tamquam ferrum cote, acuiur. Id quidem? scilicet, Stomachari, indignari, ira exandescere. IN eis ipsi? gladiatoribus.

CICERO

SED in illo genere sit sane Pacideianus aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius:
Occidam illum equidem, & uincam, si id quaeritis, in- quit.
Verum illud credo fore; in os prius accipiam ipse,
Quam gladium in stomacho, sura, ac pulmonibus si- fo.
Odi hominem: iratus pugno: nec longiu' quidquam
Vobis, quam dextrae gladium dum accommodet al- ter:
Usque adeo, studio, atque odio illius, efferor ira.
At sine hac gladiatoria iracundia uidemus progredien- tem apud Homerum Aiacem multa cum hilaritate, cū depugnaturus esset cum Hectore: cuius, ut arma sum- psit, ingressio laetitiam attulit socijs, terrorem autem hostilibus: ut ipsum Hectorem, quemadmodum est apud

Homerum, toto pectore trementem, prouocasse ad pu- gnā paeniteret. at qui hi, collocati inter se, prius quam manum confererent, leniter, & quiete, nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde, rabiose ue fecerunt. Ego ne Torquatum quidem illum, qui hoc cognomen inuenit, iratum existimo Gallo torquem detraxisse; nec Mar- cellum apud Clastidium ideo fortem fuisse, quia fuerit iratus. de Africano quidem, quia notior est nobis pro- pter recentem memoriam, uel iurare possum, non illum iracundia tum inflammatum fuisse, cum in acie M. Allicnum Pelignum scuto protegit, gladiumq; hosti in pectus infixit. de L. Bruto fortasse dubitarim, an, pro- pter infinitum odium tyranni, effrenatus in Aruitem inuaserit. uideo enim utrumque comminus icū cecidit se e contrario.

EXPLANATIO

IN illo genere? scilicet, gladiatorum. PACIDEIANVS? Nomen est famosi Gladiatoris, de quo meminit lib. 111. epist. ad Fr. & de optimo genere Oratorum, & Nonius, atque Horatius in sermonibus cū ait, Sat. VII. lib. 11.

Qui peccas minus atque ego, cum Fului, Tutubaeq;
Aut Pacideiani contento poplite mirer
Proelia, rubrica picta, aut carbone: uelut si
Re uera pugnent, feriant, uitentq; mouentes
Arma uiri.

OCCIDAM illum? Vetus Lucilii ex persona Pacideiani gladiatoris, irato animo pugnantis aduersus al- terum gladiatorem. IN os? id est, ipse prius uulnerabor in ore ab aduersario, quam ego illum confodā. APVD Homerum? Uliad. H. AIACEM? Telamonis. TORQUATVM? Manlium, qui sibi, ac posteris Torquati cognomen adeptus est. ob torquem Gallo detractum, a quo ad monomachiam fuerat prouocatus. Vide Liuium. MARCELLVM? Vide Plutarchum in eius uita. APVD Clastidium? opidulum in ripa Padi situm, ubi Brietomarum Gallorum regem ingenti corporatura praeditum in proelio occidit, eiq; detracta opima spolia consecrauit Ioui Feretrio. Vide Plutarch. DE Africano? iuniorum intelligit, qui Aemilia- nus dicitur. Hic duos Romani imperii terrores sustulit, Carthagine, Numantiaq; deletis. DE L. Bruto? uindictae Romanae libertatis TYRANNI? Tarquini Superbi. ARVNTVM? Tarquini Superbi filium. historiam luculenter, copioseq; perscribunt Liuius, Dionysius, Plutarc. COMMVNVS? prope.

CICERO

CICERO

QUID igitur huc adhibatis iram? an fortitudo, nisi insanire coeperit, impetus suos non habet? quid? Herculem, quæ in caelum ista ipsa, quæ nos iracundiam esse uultis, suscipit fortitudo, iratum ne censes confluisse cum Erymanthio apro, aut leone Nemeaeo? an etiam Theseus Marathoniæ tauri cornua comprehendit iratus? uide, ne fortitudo minime sit rabiosa, sitq. iracundia tota leuitatis. neque enim est illa fortitudo, quæ rationis experta est. contemnendæ sunt humanae res: negligenda mors est: patibiles & dolores, & labores putandi. hæc cum constituta sint iudicio, atque sententia, tum est robusta illa, & stabilis fortitudo. nisi forte, quæ uehementer, acriter, animose sunt, iracunde fieri suspicamur. mihi uero ne Sci-

pio quidem ille, pontifex maximus, qui hoc Stoicorum uerum esse declarauit, numquam iratum esse sapientem, iratus uidetur fuisse Ti. Graccho, tum, cum consulem languentem reliquit, atque ipse priuatus, ut si consul esset, qui remp. saluam esse uellet, sese qui iussit. Nescio, ecquid ipsi nos fortiter in rep. fecerimus. si quid fecimus, certe irati non fecimus. An est quidquam similis insaniam, quam ira? quam bene Ennius initium dixit insaniam. color, uox, oculi, spiritus, impotentia dictorum, atque sanctorum quam partem habens sanitatis? quid Homericæ soedius, quid Agamemnone in iurgio? nam Aiace quidem ira ad furorem, mortemq. perduxit.

EXPLANATIO

INSANIRE, coeperit, & iram enim breuem insaniam esse dixerunt. CVM Erymanthio apro & ab Erymantho Arcadiae monte sic dicto. AUT leone Nemeaeo? & Arcadico a Nemeaea Arcadiae silua. MARATHONII tauri & a Marathonio capto Atticae, sic dicto, quem ille infestabat, Vide Plutarch. in Theseo: QUAE rationis experta est. & cum fortitudo sit uirtus in medullis timoris, & audaciae posita. PATIBILES? qui ferri, ac tolerari possunt. SCIPIO ille pontifex & Scipionem Nasiam intelligit. De hoc uide Plutarchum in uita Gracchi. Sensus est, Scipionem non iratum oppressisse impetus tribunicios, Tiberij Gracchi. CONSULEM languentem? M. Scaenolam, qui se nihil acturum esse ui dicebat. Si quid fecimus, & Respexit ad suppressam a se consule coniurationem Catilinae. ENNIUS initium dixit insaniam. & Horatius uero, ira furor breuis est. QUID Achille Homericæ? Qualem Iliad. primo Homerus introducit iratum Agamemnoni. QUID Agamemnone in iurgio? & aduersus Achillem. De utroque Horatius, Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque. AIACEM? Telamonis filium, de quo supra.

CICERO

NON igitur desiderat fortitudo aduocatum iracundiam: satis est instructa, armata, parata per se. nam isto modo quidem licet dicere utilem uolentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiam; quod & sani, & ebrii multa faciunt saepe uehementius. semper Ajax fortis, fortissimus tamen in furore: Nam facinus fecit maximum, cum, Danais inclinantibus,

Summam rem perfecit manu, proelium cum restituit insaniens.

dicamus igitur utilem insaniam. Tracta definitionem fortitudinis: intelliges eam stomacho non egere. fortitudo est igitur animi affectio, legi summae in perpetuis rebus obtemperans; uel conseruatio stabilis iudicij in eis rebus, quæ formidolosae uidentur, subeundis, & repellendis; uel, scientia rerum formidolosarum, contrariarumq. perferendarum, aut omnino negligendarum, conseruans earum rerum stabile iudicium: uel breuius, ut Chrysippus. nam superiores definitiones, ut putant Stoici: sunt enim omnino omnes se-

re similes: sed declarant communes notiones alia magis alia. quo modo igitur Chrysippus fortitudo est, inquit, scientia perferendarum rerum; uel, affectio animi in patiendo, ac perferendo, summae legi parens, sine timore. quamuis licet insectamur istos, ut Carneades solebat: metuo, ne soli philosophi sint. quæ enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine, rectam, atque inuolutam? qua aperta, quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quaerat aliquid, neque eos existimet sine rabie quidquam fortiter facere posse? Quid? Stoici, qui omnes insipientes insanos esse dicunt, non ne ista colligunt? remoue perturbationes, maximeq. iracundiam: iam uidebuntur monstra dicere. nunc autem ita differunt; sic se dicere, omnes stultos insanire, ut male olere omne coenum. at non semper: commoue: senties. sic iracundus non semper iratus est: laceffe: iam uidebis furentem. Quid? ista bellatrix iracundia cum domum redijt, qualis est cum uxore? cum liberis? cum familia? an tum quoque est utilis?

EXPLA-

EXPLANATIO

DANATIS inclinantibus, Summam rem perfecit manu, & cum incendium a nauibus auertit, uimque hostium repressit, de quo Homer. Iliad. I. Et de eo gloriatur idem Aiax apud Ouid. XI. Nempe ego mille meo protexi pectore puppes, Spem uestri reditus.

STOMACHO, & idest ira, cuius quasi sedem in Stomacho collocarunt. Hinc illae dicendi formulae, **Mouere**, **facere**, **perdere stomachum** &c. **FORTITUDO** est igitur & Rursum fortitudinem definit ex Stoicorum sententia. **SPHAFRI**. & Stoici philosophi, cuius etiam alibi meminit. **NOTIONES** & conceptiones, & intelligentias **COMMOVE** & elegans comparatio coeni, & iracundiae. **SENTIES** & quia exagitationum spirat graueolentiam. **ANimum quoque est utilis?** & ne, qui arctiore disciplina indigent, licentia fiant deteriores.

CICERO

EST igitur aliquid, quod conturbata mens melius possit facere, quam constans? an quisquam potest sine perturbatione mentis irasci? Bene igitur nostri, cum omnia essent in morbis uitia, quod nullum erat iracundia foedius, iracundos solos morbosos nominauerunt. Oratorem uero irasci minime decet, simulare non dedecet. an tibi irascitum uidemur, cum quid in causis acrius, & uehementius dicimus? quid? cum, iam rebus transactis, & praeteritis, orationes scribimus? num irati scribimus?

Ecquis hoc animaduertit? Vincite, num aut egisse unquam iratum Aesopum, aut scripsisse existimamus iratum Attium? aguntur ista praecclare, & ab oratore quidem melius, si modo est orator, quam ab nullo histrione; sed aguntur leniter, & mente tranquilla. Libidinem uero laudare, cuius est libidinis?

Themistoclem, & Demosthenem mihi profertis: additis Pythagoram, Democritum, Platonem. quid? uos studia libidinem uocatis? quae uel optimarum rerum, ut ea sunt, quae profertis, sedata tamen, & tranquilla esse debent. iam aegritudinem laudare, unam rem maxime detestabilem, quorum est tadem philosophorum? quam commode dixit Afranius:

- dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet. dixit enim de adolescente perditio, ac dissolutio: nos autem de constanti uiro, ac sapienti quaerimus. & quidem illam ipsam iram centurio habeat, aut signifer, uel ceteris; de quibus dici non necesse est; ne rhetorum apertissimus mysteria. utile est enim uti motu animi, qui ueritate non potest: nos autem, ut testificor saepe, de sapiente quaerimus.

EXPLANATIO

CONTURBATA mens & iracunda. **SIMULARE non dedecet.** & Sic etiam Seneca lib. I. de ira. Orator, inquit, non melior est quando iratus est, sed quando imitatur iratum. **AN tibi irasci?** Aliter in lib. II. de Orat. Non mehercle unquam apud iudices, inquit, aut dolore, aut misericordiam, aut inuidiam, aut odium excitare dicendo uolui, quin ipse in commouendis iudicibus ijs ipsis sensibus, ad quos illos adducere uellem, permoueret. **ECQUIS hoc animaduertit? Vincite.** & Verba sunt ex tragoedia Attij poetae. **AESOPUM** & nobilem illum fabularum actorem, de quo supra. **LIBIDINEM uero laudare?** Peripateticorum uerba, & argumenta, quae paulo supra apposuit, nunc singula refellit, & primo innuit studium uocari debere, quod ad praeclara facinora obeunda impellimur, potius quam libidinem, aut cupiditatem, ut Peripatetici uocabant. **AEGRITUDINEM laudare,** & Refellit illud Peripateticorum, Aegritudinem esse utilem, utiliterq. a natura constitutam. **DUMMODO doleat?** Diluit & hoc, quod ex parte Peripateticorum, in superioribus est traditum. **ILLAM ipsam iram centurio habeat?** Militi, inquit, iram conuenire concedimus, sapienti, aut forti non item **MYSTERIA**. & arcana.

CICERO

AT etiam aemulari utile est, obrectare, misereri. cur misereare potius, quam feras opem, si id facere possis? an sine misericordia liberales esse non possumus? non enim suscipere ipsi aegritudines propter alios debemus, sed alios si pessimus, leuare aegritudine. Obrectare uero alteri, aut illa nitiosa aemulatione, quae riuualitati similis est, aemulari, quid habet utilitatis? cum

fit aemulantis, anzi alieno bono, quod ipse non habet, obrectantis autem, alieno bono, quod id etiam alius habet. quis id approbare possit, aegritudinem suscipere pro experientia, si quid habere uelis? nam, solum habere uelle, summa dementia est. Mediocritates autem malorum quis laudare recte possit? quis enim potest, in quo libido, cupiditas ue sit, non libidinosus, & cupidus esse?

in quo ira, non iracundus? in quo angor, non anxius? in quo timor, non timidus? libidinosum igitur, & cupidum, & iracundum, & anxium, & timidum censeamus esse sapientem? de cuius excellentia multa quidē dici quamvis fuisse, lateq. possint, sed breuissime illo modo, sapientiam esse rerum diuinarum, & humanarum scientiam, cognitionemq. quae causa cuiusque rei sit. ex quo efficitur, ut diuina imitetur, humana omnia inferiora uirtute ducat. In hunc tu igitur, tamquā in mare, quod est uentis subiectum, perturbationem

cadere tibi dixisti uideri? quid est, quod tantam grauitatem, constantiamq. perturbet? an improuissimum aliud, atque repentinum? quid potest accidere tale ei, cui nihil subitum est, quod homini euenire possit? Nā, quod aiunt nimia refecari oportere, naturalia relinquit: quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit? sunt enim omnia ista ex errorum orta radicibus: quae euellenda, & extrahenda penitus, nō circumcidenda, nec amputanda sunt.

EXPLANATIO

SVCIPERE ipsi aegritudines? Misericordia enim aegritudo est ex malo alieno. **OBTRECTARE** alteri? zelotypiam significat, quae aegritudo est, ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupit. **VITIOSA aemulatione**? Est in laude aemulatio, quae scilicet est imitatio uirtutis. Est etiam in uitio, ut ea, quae dicta est obtrectatio, siue zelotypia. **QVAE riuualitati similis est,** qua riuales se se mutuo aemulantur. **ANGI**? cruciari, torqueri. **MEDIOCRITATES malorum**? tamquam defectus sint mala, quorum mediocritatem Peripatetici utilem esse dicunt. **QVAMVIS fuisse**? quantumuis copiose, & abundanter. **SAPIENTIAM**? elegans Sapientiae definitio. Afranius poeta ait Sapientiam filiam esse uisus, & memoriae, significans eam in usu, & memoria collocatam esse. Eius uersus hi sunt:
Uisus me genuit, mater peperit Memoria,
Sophiam uocant Graij, uos Sapientiam.

In hunc? In sapientem. **QVOD homini euenire possit?**? Interrogatio est, negationem inferens. **NIMIA refecari**? id est, affectuum excessus, cum uirtus in medio consistat. **NATURALIA relinqui**? Hoc docet Aristoteles affectus esse naturales, non uoluntarios: Et profecto, qui humanis affectibus non mouetur, homo non est.

CICERO

SED, quoniam suspicor te non tam de sapiente, quam de te ipso quaerere, (illum enim putas omni perturbatione esse liberum, te uis) uideamus, quanta sint, quae a philosophia remedia morbis animorum adhibeantur. est enim quaedam medicina certe: nec tam fuit hominum generi insensa, atque inimica natura, ut corporibus tot res salutes, animis nullam inuenerit. de quibus est hoc etiam merita melius, quod corporū adiuuenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. sed, quo maior est in eis praestantia, & diuiniore, eo maiore indigent diligentia. itaque bene adhibita ratio cernit, quid optimum sit, neglecta, multis implicatur erroribus. ad te igitur mihi iam conuertenda omnis oratio est. simulac enim, quaerere te de sapiente; quaeris autem fortasse de te. Earum igitur perturbationum, quas exposui, uariae sunt curationes. nam neque omnis aegritudo una ratione sedatur. alia est enim lugenti, alia miseranti, alia inuidenti adhibenda medicina. est enim in omnibus quatuor perturbationibus illa distinctio, utrum ad inuersionem perturbationem, quae est aspernatio rationis, aut appetitus uehementior, an ad singulas, ut ad metum,

libidinem, reliquasq., melius adhibeatur oratio; & utrum illud non uideatur aegre ferendum, ex quo suscepta sit aegritudo, an omnium rerum tollenda omnino aegritudo: ut si quis aegre ferat, se pauperem esse, id ne disputes, paupertatem malum non esse, an hominem aegre ferre nihil oportere. nimirū hoc melius, ne, si forte de paupertate non persuaseris, sit aegritudini concedendum: aegritudine autem sublata proprijs rationibus, quibus heri usi sumus, quodam modo etiam paupertatis malum tollitur. sed omnis eiusmodi perturbationis animi placatione abluatur, illa quidem, cum doceas, nec bonum illud esse, ex quo laetitia, aut libidoriatur, nec malum, ex quo aut metus, aut aegritudo. uerumtamen haec est certa, & propria sanatio, si doceas, ipsas perturbationes per se esse uitiosas, nec habere quidquā aut naturale, aut necessarium: ut ipsam aegritudinem leniri uideamus, cum obijcimus mactentibus imbecillitatem animi effeminati, cumq. eorū grauitatem, constantiamq. laudamus, qui non turbulente humana patientur, quod quidem solet eis etiam accidere, qui illa mala esse censent, ferenda tamen aequo animo arbitrantur.

EXPLANATIO

TEUIS) scilicet esse liberum omni perturbatione, sicut putas esse sapientem. Est enim quaedam medicina? Eadem explicat iam fufius, quae supra etiam dixerat lib. I. sed uelut obiter tantum: Animi morbis philosophiam mederi. **TOT res**? nam prope infinitae sunt medelae ad morbos corporis curandos, quae a medicis uberrime tractantur. **EXTRINSECVS**? ope scilicet medici, qui extrarius est, aliuq. ab aegrotō. **IN eis**? animis, **ALIA miseranti**? nā & inter aegritudines animi posita est misericordia.

QVAT-

QUATTUOR *perturbationibus* } Cupiditate, & laetitia ex duobus opinatis bonis: metu, & aegritudine ex duobus opinatis malis. AD *uniuersam perturbationem* } Nomen enim generale est perturbatio, ASPERNATIO *rationis* } id est auersa a recta ratione. NIMIRUM *hoc melius* } scilicet ad consolandum pauperem. QVIBVS *heri* } Hesterna disputatione, in tertia Tusculana. ILLA *quidem* } scilicet Sanatio, & curatio. PER *se* } ex proprietate sua absque aliquo extrinsecus adueniente. NATVRALE, *aut necessarium*: } Hoc asserunt Peripatetici, uidelicet naturales esse perturbationes, & necessarias, utiliterq. a natura mortalibus datas.

C I C E R O

PUTAT aliquis uoluptatem esse bonum, alius autē pecuniam: tamen & ille ab intemperantia, & hic ab auaritia auocari potest. Illa autem altera ratio, & oratio, quae simul & opinionem falsam tollit, & aegritudinem detrahunt, est ea quidem utilior, sed raro proficit, neque est ad uulgus adhibenda. Quaedam autem sunt aegritudines, quas lenare illa medicina nullo modo possit: ut, si quis aegre ferat, nihil in se esse uirtutis, nihil animi, nihil officij, nihil honestatis, propter mala is quidem angatur, sed alia quaedam ad eum sit adiuuanda curatio, & talis quidem, quae possit esse omnium, etiam de ceteris rebus discrepantium, philosophorum. *miter omnes enim conuenire oportet, commotiones ani-*

morum, a recta ratione auersas, esse uitiosas; ut, etiam si nec mala sint illa, quae metum, aegritudinemue, nec bona, quae cupiditatem, laetitiam ue moueant, tamen sit uitiosa ipsa commotio. constantem enim uolumus quendam, sedatum, grauem, humana omnia prementem illum esse, quem magnanimum, & fortem uirum dicimus: talis autem nec maerens, nec timens, nec cupiens, nec gestiēs esse quisquam potest. eorum enim haec sunt, qui euentus humanos superiores, quam suos animos, esse ducunt. Quare omnium philosophorum, ut ante dixi, una ratio est medendi, ut nihil, quale sit illud, quod perturbet animum, sed de ipsa sit perturbatione dicendum.

E X P L A N A T I O

ET ille } qui putat uoluptatem esse bonum, & tamquam bonum expetendum. ET hic } Qui putat pecuniam cum primis expetendam. OPINIONEM *falsam* } qua falso opinamur mala esse, quae re uera non sunt, si recte feruntur. AEGRE *ferat, nihil in se esse uirtutis* } Haec aegritudinem signauit Perfluus, cum ait:

Virtutem uideant, intabescantq. relicta.

QUAE *possit esse omnium.* } in qua philosophi omnes consentiant, etiam si diffideant: in ceteris nempe ipsi perturbationi esse medendum, non qualis ea sit disputandum. COMMOTIONES *animorum &c.* } Definitio est perturbationum. METVM } perturbationem de futuro malo. AEGRITVDINEM *ue,* } perturbationem de inopinato praesenti malo. CVPIDITATEM } perturbationem de futuro bono. LAETITIAM } perturbationem de praesenti bono. Nec maerens } ad aegritudinem refertur. Nec gestiēs } ad laetitiam referendum est. QVI *euentus humanos &c.* } Sensus est: Non perturbatur sapiens, quia illius animus supra fortunam celsa tutus ab arce despicit euentus humanos: sed eorum tantum est casibus humanis perturbari, quorum opinio cum fortuna uersatur.

C I C E R O

ITAQUE primum in ipsa cupiditate, cum id solum agit, ut ea tollatur, non est quaerendum, bonum illud nec ne sit, quod libidinem moueat: sed libido ipsa tollenda est: ut, siue, quod honestum est, id sit summum bonum, siue uoluptas, siue horum utrumque coniunctum, siue illa tria genera bonorum, tamen, etiam si uirtutis ipsius uehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda ratio. Continet autem sedationem animi humana in conspectu posita natura: quae quo facilius expressa cernatur, explicanda est oratione communis condicio, lexq. uitae. itaque non sine causa, cum Orestem, fabulam doceret Euripides, primos tres uersus renocasse dicitur Socrates:

Neque tam terribilis ulla fando oratio est, Neque fors, neque ira caelitem inuectum malum, Quod non natura humana patiende ferat. Est autem utilis ad persuadendum, ea, quae acciderint, ferri & posse, & oportere, enumeratio eorum, qui tulerunt. etsi aegritudinis sedatio & hesterna disputatione explicata est, & in Consolationis libro, quem in medio (non enim sapientes eramus) maerore, & dolore conscripsimus: quodq. uetat Chrysippus ad recentes quasi timores animi remedium adhibere, id nos fecimus, naturaeq. uim attulimus: ut magnitudinis medicinae doloris magnitudo concederet.

EXPLANATIO

QUOD libidinem moueat: & ut aurum, argentum gemmae, forma muliebris. *SI VE*, quod honestum est: ut Stoici dicunt. *SI VE uoluptas*, & ut Epicurus, & Aristippus. *SI VE horum utrumque* & ut Dinomachus, & Callipho, qui uoluptatem cum honestate copularunt, *SI VE*, illa tria genera bonorum, & animi, corporis, & fortunae, ut Plato, & Aristoteles. *VIRTUS ipsius uehementior appetitus* & In hanc sententiam est illud, quod non ab re Apollini adscribitur: Ne quid nimis. Atque illud Horatianum,

Inani sapiens nomen ferat, aequus iniqui,
Ultra quam satis est uirtutem si petat ipsam.

HUMANA in conspectu posita natura & De hominis miseria idem Cicero, Plinius, Seneca, & alij copiosissime scriptarunt. **REVOCASSE** & repetiuisse: ob elegantiam, ac sententiae ueritatem. **NEQVE tam terribilis ulla** & Versus sunt ex Oreste tragoedia Euripidis, Latinitate donati a M. Tullio, ut multa consimilia: quibus nullum esse tam graue malum dicit, quod patiendo ferre humana natura non possit. *ὄδῳ δῖος ἐπέειπεν*. Tam graue dixit, dixit Euripides. **ENUMERATIO eorum** & potissima enim sunt exempla ad persuadendum. **HESTERNA disputatione** & tertia Tusculana. **IN medio maerore**, & luctu adhuc recenti ex obitu filiae. **NON enim sapientes eramus** & in morte filiae aequanimiter ferenda. doluit enim intemperanter, & insolabiliter. **NATURA EQ. uim attulimus** & Dum uidelicet non expectaui, ut dolor tempore sedaretur, admitteretq. medelas. nam, ut Ouidius quoque canit,

Quis matrem nisi mentis inops in funere nati
Flere uetet? Non haec illa monenda loco est.

CICERO

SED aegritudini, de qua satis est disputatum, finitimus est metus: de quo pauca dicenda sunt. Est enim metus, ut aegritudo praesentis, sic ille futuri mali. itaque non nulli aegritudinis partem quandam metum esse dicebant. alij autem metum praemolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiae. Quibus igitur rationibus instantia feruntur, eisdem contemnuntur sequentia, nam uidendum est in utrisque, ne quid humile, summissum, molle, effeminatum, fractum, abiectumq. faciamus. Sed, quamquam de ipsius metus instantia, inbecillitate, leuitate dicendum est: tamen multum prodest, ea, quae metuuntur, ipsa contemere. itaque, siue casu accidit, siue consilio, percommode factum est, quod eis de rebus, quae maxime metuuntur, de morte, & de dolore, primo, & proximo die disputatum est. quae si probata sunt, metu magna ex parte liberati sumus. Ac de malorum opinione haecenus: uideamus nunc de bonorum, id est de laetitia, & de cupiditate. Mibi quidem in tota ratione ea, quae pertinet ad animi perturbationem, una res uidetur causam continere, omnes eas esse in nostra potestate, omnes iudicio susceptas, omnes uoluntarias. hic igitur error est eripiendus, haec detrahenda opinio: atque, ut in malis opinatis tolerabiliora, sic in bonis sedatiora sunt efficienda ea, quae magna, & laetabilia dicuntur.

EXPLANATIO

PRAEMOLESTIAM & quasi dicat molestiae futurae anticipationem. **INSTANTIA** & praesentia mala. **IN utrisque** & Et in praesentibus malis, & in consequentibus, siue futuris. **PRIMO, & proximo die** & in prima, & secunda Tusculana. **DE bonorum** & scilicet opinione. **VNA res uidetur causam continere**, & in hoc tota causa consistit. **INUIDERE aegritudinis sit** & aegritudini enim inuidencia subijcitur, quae ex alienis malis laetatur, ex alienis bonis torquetur. Hinc illud Ouidianum:

— Intabescitq. uidendo

Succensus hominum, carpitq. & carpitur una.

UT confidere decet & Confidere hic in bonam partem accipitur, ut apud Virgilium,

— Et afflictis melius confidere rebus.

Apud Papinium uero confidentia pro temeritate, & audacia usurpatur,

Grandem, atque atrocem coerce confidentiam.

GAUDERE decet & c. & tamquam gaudium sit honestum, laetitia turpis. **CONTRACTIIONEM animi** & in maerore, & aegritudine. **ELATIONEM** & in gaudio, & laetitia. **NAEVIANVS Hector**, & a Naeuio poeta introductus. **LAETVS sum laudari** & Et ad Catonem Epist. lib. xv. Laetus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Naeuium, abs te pater laudato uiro. ea est enim profecto iucunda laus, quae ab his proficiscitur, qui ipsi in laude uixerunt. **ALITER ille** & elatione indecora, & turpi laetitia. **APVD Trabeam** & nomen est poetae Comici. M. Tullius alibi, usurpat uersiculos Trabeae, lib. II. de Fin. **MALORVM, & bonorum** & omnium perturbationum, quarum duae de opinatis malis sunt, totidem de opinatis bonis. **AD alium motum** & ad aliam perturbationem. nihil enim aliud est perturbatio, quam turbidior motus a ratione auersus.

CICERO

ATQUE hoc quidem commune malorum, & bonorum: ut, si iam difficile sit persuadere, nihil earum rerum, quae perturbent animum, aut in malis, aut in bonis esse habendum, tamen alia ad alium motum curatio sit adhibenda, aliaque ratione maleuolus, alia amator, alia rursus anxius, alia timidus corrigendus. Atque erat facile, sequentem eam rationem, quae maxime probatur de bonis, & malis, negare unquam laetitia affici posse insipientem, quod nihil unquam haberet boni: sed loquimur nunc more communi. sint sane ista bona, quae putantur, honores, diuitiae, uoluptates, ceteraque: tamen in eis ipsis porius exultans, gestiensque laetitia turpis est: ut, si ridere concessum sit, uituperetur tamen cachinnatio, eodem enim uitio est effusio animi in laetitia; quo in dolore contractio: eademque leuitate cupiditas est in appetendo, quae laetitia in fruendo: & ut nimis afflicti molestia, sic nimis elati laetitia iure iudicantur leues. Et cum, inuidere, aegritudinis sit; malis autem alienis uoluptatem capere, laetitiae;

utrumque immanitate, & feritate quadam proponenda castigari solet. Atque, ut confidere decet, timere non decet: sic gaudere decet, laetari non decet: quoniam, docendi causa, a gaudio laetitiam distinguimus. Illud iam supra diximus, fieri contractionem animi recte non quam posse, elationem posse. aliter enim Naevius ille gaudet Hector,

Laetus sum

Laudari me, pater, ab te laudato uiro;

aliter ille apud Trabeam Chaerea,

Laena delenita argento nutum obseruabit meum,

Quid uelim, quid studeam. adueniens digito impellam ianuam;

Fores patebunt de improviso Chrysis ubi me adspexerit,

Alacris obuiam mihi ueniet, complexum expotans meum;

Mihi se dedit.

quam haec pulchra putet, ipse iam dicet.

— Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

EXPLANATIO

MAXIME probatur ꝛ a Stoicis, DE bonis, & malis ꝛ id est, honesto, & turpi. QVOD nihil unquam haberet boni ꝛ nam, cum Stoici id solum bonum esse uelint, quod sit honestum: idque solum malum, quod turpe; cetera, quibus insipiens laetatur, ut sunt diuitiae, uoluptates, honores, in bonis non sunt, sed ad id, id est indifferentia. QVAE putantur ꝛ ab omnibus, excepta schola Stoicorum, qui non esse bona illa asserunt. SI ridere ꝛ quamuis ridere. CACHINNATIO, ꝛ solutus, & immoderatus risus. Risus, & laetiae affectus in splene est. Plinius in xi, ait Sunt qui putent admirisum simul homini exempto liene, intemperantiamque ioci constare lienis magnitudine. Hinc illud Persianum, Sed sum petulanti splene cachinnos.

Splenem autem, & lienem pro eodem uiscere accipi satis notum: unde splenetici, & lienosi dicti, quorum affectus est lien. Nam & ille apud Trabeam uoluptatem animi, laetitiam nimiam dicit, eandem, quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitijs laetum se esse narrat. DIGITO impellam ꝛ Mira eloquentia, quae hyperbole expressissima est, nam uno digito nihil minus dici potest, confimile est illud Terentianum: Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus: nae tu istas faxo calcibus saepe insultabis frustra. ALACRIS ꝛ festina, & laetabunda. QVAM haec pulchra ꝛ Haec Ciceronis uerba sunt. IPSE ꝛ amator. FORTUNAM ipsam ꝛ Talia apud Trabeam dicit iuuenis amator immodica laetitia exultans. Nihilque per hyperbolem expressius.

CICERO

HAEC laetitia quam turpis sit, satis est diligenter attendentem penitus uidere. & ut turpes sunt, qui efferunt se laetitia tum, cum fruuntur ueneris uoluptatibus: sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. Totus uero iste, qui uulgo appellatur amor, (nec hercule inuenio, quo nomine alio possit appellari) tantae leuitatis est, ut nihil uideam, quod putem conferendum: quem, Caecilius, — deum qui non summum putet, Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimat; Cui in manu sit, quem esse dementem uelit, Quem sapere, quem sanari, quem in morbum injici;

Quem contra amari, quem accersiri, quem expeti, o praeclaram emendatricem uitae poeticam, quae amorem, flagitij, & leuitatis auctorem, in concilio deorum collocandum putet. de comoedia loquor: quae, si haec flagitia non probarem, nulla esset omnino. Quid autem ex tragoedia princeps ille Argonautarum? Tu me amoris magi, quam honoris, se ruauisti gratia, quid ergo? hic amor Medae quanta miseriarum incendia excitauit? atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audeat, se coniungem habuisse illum, Amor quem dederat, qui plus pollet, potiorque est patre.

EXPLANATIO

SIC flagitiosi, ꝛ facinorosi, & scelesti. QVI eas ꝛ Veneras uoluptates. AMOR tantae leuitatis ꝛ Amorem figurant pinnatum, & uolaticum, quia nihil amantibus leuius, nihil mutabilius inuenitur: qui, ut inquit

inquit Plautinus amator, maritimis motibus agitantur: & ut eleganter expressit Propertius,

Scilicet alterna quoniam iactamur in unda,
Nostraque non ullis permanet aura locis.

Puer fingitur: quia puerilibus moribus & leuitate praediti sunt amatores, & sine sensu uiuunt, nec plus sapiunt, quam pueri. Contra: Magnus deus est amor: ut inquit Plato in Symposio, & apud homines deosque mirandus. Graece dicitur *ἔρως*, quia, ut interpretatur idem Plato in Cratylo, influit extrinsecus per oculos: ex quo illud Propertianum,

Si nescis, oculi sunt in amore duces.

CAECILIUS, § poeta comicus. DEVM § Stobaeus cap. 61. adducit uersus Euripidis ex Auge, ex quibus Caecilius hos uertit. Idem uersus leguntur apud Athenaeum lib. 13. sed mendosi. *IN morbum inijci*, § Qui amat, in morbo est, & eo quidem grauissimo: ideoque apud Plautum in Cistellaria loquitur puella nomine Gymnasium, Bono animo esto, erit isti morbo melius. Subiungit Silenium: Confidam fere, si medicus ueniat, qui huic morbo facere medicinam potest. *O praeclaram* § Ridet eorum insaniam qui inter deos numerandum amorem, quem *ἔρως* Graeci, putarunt. Atque huc faciunt, quae Seneca in Hippolyto scribit,

Deum esse amorem turpi seruitio fauens
Finxit libido: quoque liberior foret,
Titulum furori numinis falso addidit.

Si haec flagitia non probaremus, § Tamquam qui probant flagitia, inuident ad flagitiosa poemata condenda. De comoedia quaesitum est inter ueteres, an sit poema. Hinc illud Horatianum,

Iccirco quidam comoediae necne poema
Esset, quaesiuere: quod acer spiritus ac uis
Nec uerbis, nec rebus inest.

Ex tragoedia § Ennij forte, cui titulus est Medea, de qua in 1. de Fin. PRINCEPS ille *Argonautarum*? § Iasonem intelligit. *INCENDIA excitauit*? § Alludit forsitan ad incensam a Medea nouam nuptam una cum Creontis regia. *APUD alium poetam fortassis* § Attium, qui & ipse Medeam scripsit. *QVI plus pollet*, § De ui amoris eleganter Ouid. passim in lib. de Amorib. & alibi,

Tu superos, ipsamque Iouem, tu numina ponti
Victa domas, &c.

CICERO

SED poetas ludere *ſnamus*; quorum fabulis in hoc flagitio uersari ipsum uidemus Iouem: ad magistros uirtutis, philosophos ueniamus; qui amorem negant stupri esse, & in eo litigant cum Epicuro, non multum, ut opinio mea fert, mentiente. quis est enim amor iste amicitiae? cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem? mihi quidem haec in Graecorum gymnasijs nata consuetudo uidetur; in quibus isti liberi, & concessi sunt amores. bene igitur Emilius: Flagitij principium est, nudare inter cines corpora. qui ut sint, sicut fieri posse uideo, pudici, solliciti tamen, & anxij sunt, eoque magis, quod se ipsi continent, & exer-

cent. Atque, ut muliebres amores omittam, quibus maiorem licentiam natura concessit: quis aut, de Gany-
medis raptu, dubitat, quid poetae uelint; aut non intelligit, quod apud Euripidem & loquatur, & cupiat La-
ius? quid denique homines doctissimi, & summi poetae de se ipsis & carminibus edant, & cantibus? fortis uir in sua rep. cognitus, quae de iuuenem amore scripsit Alcaeus? nam Anacreontis quidem tota poesis est amatoria. maxime uero omnium flagrasse amore Rheginum Ibicum, apparet ex scriptis. atque horum omnium libidinosos esse amores uidemus.

EXPLANATIO

Iouem: § de cuius amoribus, atque adulterijs omnes fere poetarum fabulae sciant. *QVI amorem negant stupri esse*, § ut Plato, qui non formam corporis diligendam admonet, sed pulchritudinem animi excolendam. Ut etiam Aristoteles, qui lib. 5. Polit. consuetudinis cum pueris causam ait uideri debere non libidinem, sed amorem. GYMNASIJS § ubi nudi iuuenes exercere se consueuerant. *IN quibus concessi sunt amores*. § Fuerunt apud Graecos concessi, liberiq. amores adolescentulorum: immo, ut auctor est M. Tullius in lib. de Rep. probro erat adolescentibus Graecorum, si amatores non haberent. *NUDARE inter cines corpora*. § Graeca res est, ut inquit Plinius, nihil nudare. Plato in v. de Rep. non solum uiris, sed etiam mulieribus corpora nudanda, exercendaque gymnasticis exercitationibus esse permittit. *UT sint*, § quamuis sint. *DE Ganymedis raptu*? Finxerunt poetae Iouem in aquila rapuisse catamiticum Ganymede. Huius rei meminit etiam in prima Tusculana, *APUD Euripidem*? in Phoenissis, ubi & uotum Laus, & oraculum ipsi redditum legere est. *ALCAEVS* § inter poetas lyricos Graecos magnificus. Huius in

Lycum puerum amores refert Horatius in Odis, sicut & Anacreontis in Bathyllum. RHEGINVM Ibi cum lyricum poetam apud Graecos famigeratum, a quo genus metri dictum Ibicum. Rheginus dictus est a patria Rhegio, quod opidum in margine Italiae situm est, cui Graeci nomen dedere ab argumento dehiscendi. Rhegion enim Graece abruptum pronunciat.

CICERO

Philosophi sumus exorti, & a uultore quidem nostro Platone, quem non iniuria Dicaearchus accusat, qui amori auctoritatem tribueremus. Stoici uero & sapientem amaturum esse dicunt: & amorem ipsum, conatum amicitiae faciundae ex pulchritudinis specie, definiunt, qui si quis est in rerum natura sine sollicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspirio: sit sane: uacat enim omni libidine: haec autem de libidine oratio est. *Si autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit, aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est: Siquidem est quisquam deus, cui ego sim curae. at id erat deis omnibus curandum, quemadmodum hic frueretur uoluptate.*

*Heu me infelicem.
nihil uerius, probe & ille:
Sanus ne es, qui temere lamentare?
sic insanus suis etiã uidetur, at quas tragodias effecit?
Te Apollo sancte, ser opem, teq. omnipotens Neptune
inuoco,
Vosq. adeo uenti.
mundum totum se ad amorem suum subleuandum con
uersurum putat; Venerem unam excludit, ut ini
quam.
Nam, quid ego te appellem, Venus?
eã prae libidine negat curare quidquam. quasi uero ip
se non propter libidinẽ tãta flagitia & faciat, & dicat.*

EXPLANATIO

DICAARCHVS & nobilis Peripateticus. AMORI auctoritatem? Plato in Symposio, Phaedroq. amo rem miro praconio sustollit. SAPIENTEM amaturum & Adtipulatur huic sententiae illud Africanus: Amabit sapiens, cupient ceteri. Laert. Ερωσ εστι επιβολη φιλευποιας (Ita enim legendum) δια καλοσ εμφορη μενον. CONATVM & nomen est quarti ordinis, FACIUNDAE amicitiae & Ab amore amicitia est nominata. est enim amor princeps ad amicitiam coniungendam. auctor M. Tullius in Laelio. Ex pulchritudinis specie & Amor, ut definiunt Stoici, & refert Laertius, est concupiscentia quaedam in fidiatrix industria, & studij per aperta, ac se ingerentem pulchritudinem. Amor ab adpectu ducit originem, nam, ut Musaeo placet, causa omnis amoris, & origo est oculus: ideoque si quis pulchritudine polleat oculorum, ac nitore, saepius intuẽdo insanire compellit. Hinc illud Appuleianum, Isti tui oculi per meos oculos ad intima delapsi praecordia, meis medullis accertimum commouent incendium. **QVI si quis?** Huiusmodi est amor ille honestus, quem Plato caelestem uocat. **SI N autem est aliquis?** Huiusmodi est uulgari, & communis amor. **SI N autem est aliquis amor:** Imperfecta sententia: ni si huc accommodetur illud, infra longe positum: Sic igitur affecto. **IN Leucadia?** Turpilij comici fabula, cuius uerba subdit. **Heu me infelicem?** Rursus poetae uerba sub amatoris persona, sicq. deinceps ueluti dialogismo sua, & poetae uerba miscet. Estq. haec insani amoris descriptio, ut superior illa honesti, atque diuini, quem ne Stoici quidem improbant, & tantis laudibus uehit Plato.

CICERO

Sic igitur affecto haec adhibenda curatio est, ut ei, illud, quod cupiat, ostendatur, quam leue, quam commendandum, quam nihil sit omnino, quam facile uel aliunde, uel alio modo perfici, uel omnino negligi possit. Adducendus est etiam nonnunquam ad alia studia, sollicitudines, curas, negotia. Loci denique mutatione, tamquam aegroti non conualescentes, saepe curandus est. Etiam nouo quodam amore ueterem amorem, tamquam clauo clauum, eijciendum putant. Maxime autem admonendus, quantus sit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla uehementior: ut, si iam ipsa illa accusare nolis, Stupradico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpido: sed, ut haec omit tamus, perturbatio ipsa metis in amore foeda per se est.

*nam, ut illa praeter eam, quae sunt furoris, haec ipsa per sese quam habent laeuitatem, quae uidentur esse mediocria?
—iniuriae,
Suspiciones, inimicitiae, indutiae,
Bellum, pax rursus, incerta haec si tu postules
Ratione certa facere; nibilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.
haec inconstantia, mutabilitasq. mentis quem non ipsa prauitate deterreat? Est etiam illud, quod in omni perturbatione dicitur, demonstrandum, nullam esse, nisi opinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi uoluntariam. etenim, si naturalis amor esset; & amarant omnes, & amarentur, & semper amarant, & idem amarant: neque alium pudor, alium cogitatio, alium sauietas deterretet.*

EXPLANATIO

Sic igitur affecto? Eleganter subiungit, quibus remediis insano amori succurrendum sit, quae fere, & ab Ouidio in libris de remedio ponuntur. Ad alta studia, Sic Ouidius,
Otia si fugias, periere Cupidinis arcus. Item,
Cedit amor rebus: res age: tutus eris.

Locum mutatione? Sic Propertius,
Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. Et Ouidius:
I procul, & longas carpere perge uia s.

Etiam nouo quodam amore? Ouidius,
Successore nouo tollitur omnis amor.

Tamquam clauo clauum. Prouerbiū. **I**niuriarū, suspiciones, &c. Verba sunt Parmenonis apud Terentium in Eunuchō: quae ob singularem elegantiam repetit etiam Horatius in Sermonibus. **N**isi opinabilem? Ex opinione, iudicio, uoluntate natam, non natura exortam.

CICERO

Ira uero quamquam diu perturbat animum, dubitationem insaniam non habet: cuius impulsu exsistit etiam inter fratres tale iurgium:

Quis homo te exsuperauit unquam gentium impudenti a?

Quis autem malitia te?

nostrī, quae sequuntur. alternis enim uersibus intorquentur inter fratres grauissimae contumeliae: ut facile appareat, Atrēi filios esse, eius, qui meditatur poenam in fratrem nouam:

Maior mihi moles, maius miscendum malum,
Qui illius acerbum cor contundam, & comprimam.

quae igitur hae erunt moles? audi Thyestem ipsum:
Impius hortatur me frater, ut meos malis miser

Mandem natos: eorum uiscera apponit.

quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor? itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente. horum enim potestas in totum animum esse debet. his autem sunt subtrahendi, in quos impetum conantur facere, dum se ipsi colligant: (quid est autem, se ipsum colligere, nisi, dissipatas animi partes rursus in suum locum cogere?) aut rogandi, orandiq. sunt, ut, si quā habent ulciscendi uim, differant in tempus aliud, dum deferuescat ira. deferuescere autem certe significat ardorem animi inuita ratione excitatum. ex quo illud laudatur Architae: qui cum uillico factus esset iratior, quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem?

EXPLANATIO

Ira uero quamquam diu perturbat animum, dubitationem insaniam non habet? Mendum est in uerbo, Quamquam, ueteres libri, quos ego uiderim, habent, Quae quam, deprauate omnino, si respicimus, dictio Ira quo referatur. quod si coniecturae locus est, ita legerem: Ira uero, quam diu perturbat animum, dubitationem insaniam non habet. Haec Paullus pater. **D**UBITATIONEM insaniam? id est, nemo dubitat, insaniam esse iram, quam diu durat. Vnde Horat. Ira furor breuis est. **I**nter fratres? siue Atrēi filios Agamemnonem, & Menelaum, siue Thyestem, & Atrēum. nam utriusque contententes odio se introducuntur a poetis, maxime tragicis. quemadmodum etiam hic locus ex fabula quapiam transumptus est, siue Ennii, siue Attii, quorum Thyestes citatur: siue Euripidis Iphigenia Aulidenſi. **M**AIOR mihi moles? Ita etiam apud Senecam Atrēus:

Age anime fac quod nulla posteritas prober:

Sed nulla taceat; aliquid audendum est nefas,

Atrox, cruentum, tale quod frater meus

Suum esse malit.

MALIS? maxillis Virg. Potniades malis mēbra absumpsere quadrigis. **M**ANDEM? Luc. I. II. Ne Saturnus cum malis manderet adeptus. **E**XISSE de potestate? non esse mentis compotes, non apud se esse. Idē quoque supra in libro. I. II. **D**UM se ipsi colligant? ad se redeant, dissipatas animi partes rursus in suum locum congregent. **D**IFFERANT in tempus? Id uero praesentissimum iracundiae remedium mora, atque dilatio, dum relanguescat animi feruor. **D**EFRUESCERE autem? ut paullo ante explanauit, Colligere; sic nunc, Deferuescere. **A**RCHITAE? Tarentini philosophi. Meminit huius apophthegmatis Plutarch. de fera numinis animaduersione.

CICE-

C I C E R O

Vbi sunt ergo isti, qui iracundiam utilem dicunt? potest utilis esse insania? At naturalis est. An quidquam esse potest secundum naturam, quod sit repugnante ratione? quo modo autem, si naturalis esset ira; aut alius alio magis iracundus esset; aut finem haberet prius, quam esset ultra, ulciscendi libido; aut quemquam paeniteret, quod fecisset per iram? ut Alexandrum regem uideamus: qui, cum interemisset Clytium, familiarem suum, uix a se manus abstinuit: tanta uis fuit paenitendi. Quibus cognitis, quis est, qui dubitet, quin hic quoque motus animi sit totus opinabilis, ac uoluntarius? quis enim dubitabit, quin aegrotationes animi, qualis est auaritia, gloriae cupiditas, ex eo, quod magni aestimetur ea res, ex qua animus aegrotat, oriuntur? unde intelligi debet, perturbationem quoque omnem esse in opinione.

& si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quaedam est, & opinio grauis, non temere assentiens: metus quoque est diffidentia expectati, & impeditis mali, & si spes est expectatio boni: mali expectationem esse necesse est metum. ut igitur metus, sic reliquae perturbationes sunt in malo, ergo, ut constantia scientiae, sic perturbatio erroris est. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid, in sunt eiusmodi constituti, quasi mala ualitudine animi, sanabiles tamen: ut Socrates dicitur, cum multa in conuentu uitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate uitia non agnoscerent; ab ipso autem Socrate subleuatus est, cum illa sibi uitia inesse, sed ratione a se deiecta diceret.

EXPLANATIO

ISTI? Peripatetici. **INSANIA**? iracundia enim, breuis insania est. **AT naturalis est**? Obiectio: cui respondet, quod sequitur; An quidquam esse potest secundum naturam, quod sit repugnante ratione? & est sententia, nisi fallor, multo concinnior, quam si legas, ut antea, Aut naturalis est: cum praecedenti membro connectens. Ut autem hunc locum una dempta littera, correximus: sic paullo post alium, una immutata, restituiimus, nam, ubi legebatur, Prius quam esset ulla ulciscendi libido, nos meliore, ut opinamur, sententia, reposuimus; Prius, quam esset ultra ulciscendi libido. Haec Paullus pater. **CUM interemisset Clytium**, & Historia nemini se me ignota est, & apud plures extat, maxime putatur exacerbasse Alexandrum Clytium, communicatione rerum Alexandri cum aliis, uersibus commemoratis ex Andromacha Euripidis:

Ομι καὶ ἔλλα' δ' ὡς κακῶς νομίζεται,
 Όταν τὸ πάρα πολέμιον σήσει φρατὸς,
 Οὐ σὺ προύγταν τ' οὐργὸν ἤγουνται τὸδε,
 Ἀλλ' ὁ φρατὴρ ὅς τὴν δόκῃσιν ἄρτυται.
 Ὅς οὖς μετ' ἄλλων μυρίων πάλλων δδρυ,
 Οὐδὲν πλέον δρῶν ἔγός, ἔχει πλείω λόγον.

QVIS enim dubitauerit, & Concludit disputationem, qua conformare instituit, uoluntarias esse animi perturbationes, & ex opinione, iudicioque, fuscipi, praeter naturam. **FIDENTIA**? Fortitudinis pars est Fidentia. Ei opponitur Diffidentia: ut spei metus. **ZOPYRVS**, & Alcibiadis praeceptorem fuisse tradit Plutarchus. M. Tullius de Zopyro in lib. de Fato explicatius dixit: Qui se profitebatur hominum mores, naturasque, ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoscere, &c. is autem est Graecis φυσιογώμων.

C I C E R O

Ergo, ut optima quisque ualitudine affectus, potest uideri alius, ut natura, ad aliquem morbum procliuor: sic animus alius ad alia uitia propensior. qui autem non natura, sed culpa uitiosi esse dicuntur, eorum uitia constant ex falsis opinionibus rerum bonarum, ac malarum, ut sit alius ad alios motus, perturbationesque procliuor. inueteratio autem ut in corporibus aegrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio: citiusque, repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lipitudo depellitur. Sed, cognita iam causa perturbationum, quae omnes oriuntur ex iudicij opinionum, & uoluntatibus, sit iam huius disputationis modus. Scire autem nos oportet, cognitis, quoad possint ab homine cognosci, bonorum & malorum finibus, nihil a philosophia posse aut maius, aut utilius optari, quam haec, quae a nobis hoc quattuoriduo disputata sunt. morte enim contempta, & dolore ad patien-

dum lenato, adiunximus sedationem aegritudinis: quae nullum homini maius malum est, et si enim omnis animi perturbatio grauis est, nec multum differt ab amentia: tamen ita ceteros, cum sint in aliqua perturbatione aut metus, aut laetitiae, aut cupiditatis, commotos modo, & perturbatos dicere solemus; at eos, qui se aegritudini dederunt, miseris, afflictos, aerummosos, calamitosos, itaque non fortuito factum uidetur, sed a te ratione propositum, ut separatim de aegritudine, & de ceteris perturbationibus disputaremus. in ea est enim fons miseriarum, & caput, sed & aegritudinis, & reliquorum animi morborum una sanatio est, omnes opinabiles esse, & uoluntarios, eaque, re suscipi, quod ita rectum esse uideatur. hunc errorem, quasi radicem omnium malorum, stirpitus philosophia se extrahitur pollicetur. demus ergo nos huic excolendos, patiamurque, nos sanari. his enim malis insidentibus, non modo beati, sed ne sani quidem esse

esse possumus, aut igitur negemus quidquam ratione cō- si & boni, & beati uolumus esse, omnia adiumenta, & fi; cum contra nihil sine ratione recte fieri possit: aut, auxilia petamus bene, beateq. uiuendi. cum philosophia ex rationum collatione constet, ab ea,

EXPLANATIO

VALETUDINEꝯ ualetudo *ὑγίεια* est: dicimus enim bonam, & malam ualetudinem. **INVETERA-**
TIO inueterata affectio. **AEGRIVS**ꝯ difficilius. **PERTVRBATIO**ꝯ quae scilicet inueterata est. **CITIVS-**
Qꝯ *repentius*. In hanc sententiam dictum est ab Ouidio de Remedio,
 Principiis obsta, sero medicina paratur,
 Cum mala per longas inualuere moras.

DISPUTATIONIS *modus*ꝯ iam finem, inquit, imponamus huic quartae Tusculanae. **QVOAD** *passim*ꝯ Hoc
 eo dicit, quod tam diuersae sunt inter philosophos de bonorum malorumq. finibus opiniones, ut uix
 certi aliquid constitui ab his possit. Hoc *quatriduo*ꝯ his quattuor libris. **MORTE** *enim contempta*ꝯ hoc ad
 primam Tusculanam pertinet. Est enim epilogus superiorum. **DOLORE** *lenato*ꝯ ad secundam Tusculanā
 referendum est. **SEDATIONEM** *aegritudinis*ꝯ hoc in tertio latissime explicatum. **AT** *eos*ꝯ Aegritudinem
 multo ceteris perturbationibus deteriorem esse docet. **SEPARATIM** *de aegritudine*ꝯ in tertia Tusculana.
DE *ceteris*ꝯ perturbationibus, in quarta. **IN** *ea*ꝯ scilicet aegritudine. **STIRPITVS**ꝯ Metaphora prouerbia-
 lis: una cum stirpe, ut nullae etiam fibra eremaneant. **HVIC**ꝯ philosophiae. **SANARI**ꝯ cum philosophia
 sit medicina animorum, & philosophus medius. **NE** *sani quidem*ꝯ Insani ergo, ut ad Stoicorum parado-
 xon respiciat, Omnes stultos insanire. **AVT** *igitur*ꝯ Conclusio per disiunctum: solā philosophiā constare
 bene, beateq. uiuendi rationem.



IN
M. TVLLII. CICERONIS
TVSCVLANARVM

DISPV TATIONVM

AD. M. BRVTVM

LIBRVM. V.

VIRTVTEM . AD . BEATE . VIVENDVM
se ipsa esse contentam .

Commentarius Aldi Mannuccij .



ARGVMENTVM

VINCTA, eademq. nouissima Tusculana ceteris uberior
est, & sapientis mentem reficit: nam, uirtutum gradibus ab-
latis, perfectam earum ideam unam statuit, quae nec minui
possit, nec augeri: atque se ipsa sit ad beatam uitam conten-
ta. Quare sapiens uirtute semper beatus.